


John Carter Brown Library

Purchased with the assistance of the
MARY ANN LIPPITT
BOOK FUND





R E R U M
HISPANICARUM
CHRONOLOGICA
SERIES.

*Ad compendium relata, &
ex diversissimis Scriptorum moni-
mentis excerpta.*

Opera & studio

P. F. GABRIELIS BUCELINI,
onachi Theologi Ordinis S.P. Benedicti
Monasterij Imperialis Weingartensis, Prioris
S. Joan. Bapt. in oppido Rhætiæ
Veldtkirchenſi.



*Cum facultate & Privilegio
Superiorum.*

FRANCOFURTI,

Sumptibus viduæ JOANNIS GÖRLINI.

ANNO M DC LXIV.

RPJCS



ILLUSTRISSIMO ET GENEROSISSIMO
DOMINO, DOMINO

DANNI SALICÆO,
vulgo de Salis, Regis
Catholici Capitaneo.



Ispania, cuius Historiam, ve-
lut Iliadem in nuce, ad Te
affero, Illustrissime Vir, Tua,
sponte sua, sequitur signa, &
tanto promptius ac proprius,
anto certius novit à Rege suo Rhætorum
n procul positorum, virtutem ac fidem
pici, obsequia & auxilia exambiri sequi-
Te pari fide, qua Illustrissimum paren-
Tuum, concitata usque in Germaniam,
inde Legatus reverteretur, qui amo-
& Regis & popolorum secum retulit,
is ipsum Gentis Magnum Tutelarem Ja-
cum Boanergem secum rapere, & torque-
eo quasi vincitum attinere, cuius Regali
atholico Rege est adscriptus. Ita non
Salinicu sive Salicatum, ad remotissi-
as usque Hesperiæ gentes ad Oceanum
ntabricum & fretum Herculeum sua se

DEDICATIO.

virtute promovit, ipsis Regibus, & honorificum visum & magnificum, quod magnis etiam beneficijs sibi demerendum & obligandum censuerent. Et vero, non unum exemplo experti sunt, quanti Majorum Vestrorum, quanti Vestrarum Ipsorum auctoritas, fides, Generositas, & eximia virtus esset facienda, quæ ipsa æmulos Regum potentissimos reddidere, ut certatim, Vesta sibi obsequia expeterent, & cum juxta Veritatis æternæ effata nemo unus, duobus servire Dominis posset, uno tamen edito patre, una natos matre fratres, Rex Catholicus & Christianissimus, certatim sibi obligare contenderent, memorabili ad omnem posteritatem Tuo & Illustrissimi Rudolphi fratri Tui exemplo, cum hic LUDOVICO XIII. & XIV. Tu PHILIPPO IV. Gallis alter, Tu Hispanis, fidei daretis, vitam devoveretis, et si alter quoque, strenue & Heroicè factis, Hispano aliquamdiu Salicæum Valorem egregie comprobasset. Tanti Virtus est, quæ maximorum etiam Regum animos rapiat, in Te præ alijs sese prodens, ut Palladis gemellus videaris, arma dexterimè litteris socians nisi cerebro Jovis editus, pago tamen Ciceroniano, Tulliana eloquentia patre, ambi-

DEDICATIO.

mbidexter, non minus arte potens quam
iribus, summa utrobique dexteritate.
Vale insigne Patriæ decus, & Tui similes e-
lens liberos, perge æternum ornare pa-
riam, Reges demereris; nomenque Salic-
icum sive Salicæum æternitati commen-
are. Veldtkirchij Rhætorum, unde-
imo Cal. Febr. 1664.

III. mæ D. nois Tuæ

Observantissimus

P. F. GABRIEL BUCELINUS.



CHOROGRAPHIC

Hispaniæ descriptio è probatio- ris notæ Scriptoribus.

HIspania Straboni sex millia stadiorum in longitudine, quinq; millia ubi latissima est complectitur; Appiano quod in longitudine qua latitudine decem stadiorum miles definitur, nonnullis duo mill. quingenta & octuaginta millaria in ambitu claudere dicitur. Olim in Regna plurimā divisā & subdivisa, qua parte priore Nuclei nostri recensuimus, è quibus potiora Legionis, Castile utriusq;, Arragoniæ, Portugalliæ, Navarre, Granata, Valentia, Toleti, Gallacia, Andaluciorum, Murtiæ & Corduba fuerunt. Legionis Regnum Urbem præcipuam Legionem à qua & nomen habet, inde Astorgam, Zamoram, Palenciam, Salamancam & Cuidad Rodrigo. Castella nova Metropolim Toletum habet, inde Madritum, Cuenza, Alcala de Henares, Medina cœli, Cifuentes, Civitas Regalis, Almagrum, Hita & nonnulla oppida a-

muni-

Descriptio Hispaniae.

municipia celebrantur. *Castella Vetus* ca-
ut urbium Burgos habet; tum *Siguenzam*,
egovium, *Avilam*, *Vallisoletum* & *Sepu-*
uedam. *Arragonia Metropolis* est *Cæsar-*
ugusta, tum *Balbastro*, *Huesca*, *Laca* seu
aca, *Albarazin*, *Tervel*, & *Albarazin*. *Por-*
ugallia urbium Principem *Olisipponem* ha-
bet, inde *Braga* seu *Bracara*, *Ebora*, *Lame-*
o, *Visen*, *Porto*, *Miranda*, *Portalegre*, *Guar-*
a, *Leira*, *Eluas*, *Braganza*, *Santarenum*.
Iavarra, *Botero* teste, vix toto Regno viginti
villia focorum habet: Urbes sunt *Pampelona*,
tella *Tudela*, *Olite* *Sanguezza*. *S. Guandi-*
e di Porto, *Alfaro*, *Taffaglia* & *Viana*
Granata Regnum à Metropoli nomen sumvit:
post hanc *Guadix*, *Almeria* & *Mallaga* ci-
tates sunti tum municipia plura, quæ inter
aca & *Ronda* præcipua habentur *Valentia*
Regnum similiter à Metropoli nomen habet.
In hoc civitates quatuor, municipia muris cin-
cta *Sexaginta*, pagi mille numerantur. To-
tum Regnum & ipsum à Metropoli cog-
minatum amplissimos olim terminos ha-
uit, per *Castiliam* nimirum utramq; & ad-
acentia; hodie *Castilia* recens, præter *Urbis*
nomen, Regnum absorbit, ita ut urbium &
agorum nomina, *Castilia* plerumq; accen-
tantur. *Gallacia* quinq; habet oppida Com-

Descriptio

postellam S. Jacobi exuvij celebrem, Lugo,
Ora, Tui, & Mondogneto. Municipia prae-
tereas septem & quinquaginta. Algarbiæ Reg-
num quatuor civitates continet Tavilam
Lagos, Sylves, & Faro. Municipia praterea
aliquot opulenta. Murtia Regni caput est
Murtia. inde Cartagena olim Carthago no-
va, tum Guardamar, Portilla, Vera, &
Mussacra celebrantur. Corduba Seneca ut-
riusq; & Lucani patria Regno etiam nomen
dedit, hodie à plerisq; termini reticentur, qui
cum diverso tempore diversifuerint & nos re-
ticemus satis sit pro compendioli limitibus obi-
ter Hispanias inspexisse. Caterum de soli
Hispaniarum qualitate inter alia hac Joannes
Barclajus: Hispania antiqua ubertate in-
signis, hodie per vastas solitudines, fidem
tot historiarum corrumpens. Nudum in
pluribus locis solum, & sterilibus arenis
incultum, egens aquæ non herbarum, non
messium decore spectabile. Sed qua te-
pentibus venis frugum aut vinorum ali-
menta suggestur, mirum est, quantum
natura indulgeat: illic ubertas eximia, &
penè reliquæ plagæ sterilitatem pensatura.
Huc usq; Barclaius. Natura Hispani me-
lancholicis sunt, arrogantiâ multis nisi intolerabili-
bus, quam ingentia Regni incrementa in-

Hispaniae

mmensum auxere, cum ad se quisque spectare
potet, quæ sola à Numine fortuna, non gentis
est, sed nostrorum Germani sanguinis Prin-
cipum, Regum verè Catholicorum, Numini
dilectissimorum. Eatanta omnino est, ut o-
mnium ab orbe condito longè exsuperet po-
tentiam Monarchiarum. Et verè, qui Re-
gis Hispani Imperio nunquam solem occidere
dixit, adeo circumquaque diffusum toto orbe
est, ut dum uni provinciæ occidit, alteri ex
altera oriatur; essetq; potentia Regis quasi
incircumscripta, nisi tantum Imperium ipsa
magnitudine sua laboraret. De reddituum
vi penè immensa multi multa afferunt, dig-
na quidem admiratione, sed quando expen-
sarum dein inspiciuntur rationes, sapienti cui-
cumque patet, quanta pericula & incom-
moda juxta tantos thesauros ingerant, cum
in pertusos quasi loculos conjecta tanta vis
auri, in tot præsidia, exercitus & classes, in
continendis, tam remotis, animo saepe non
minus quam situ, regionibus ac Regnis,
diffusat quam primum & quasi evanescat,
cum saepe expensarum, supraredditum calcu-
los invalecant. Inde lepidum Boccalini
ingenium dum incuria Apollinis Parnassica
Laurentium Mediceum, omnia Europæ Reg-
na, appendisse in statera, & Hispaniam ad

Descriptio

viginti milliones ascendisse singit, sperasse
Hispanos asserit, siquidem aliorum Regno-
rum pondus adjungerent, longè deinceps
Hispaniam omnibus alijs Regnis prævalitu-
ram, verum pondus ponderi additum, mi-
nuisse pondus, dum expensa semper redditibus
prævalerent, ut frustra de statera iniquitate
quererentur qui hodie sponte fatentur in
unius assertione Regni Portugallia & multo plus
requiri sumptuum, quam in quieta posses-
sione reddituum speraretur; ut de alijs Indie
Regnis remotioribustaceam, quæ Anglorum,
Hollandorum aliorumq; hostium petita in-
sidijs, vel armis, immensitatem quasi quan-
dam thesaurorum requirerent, cum tamen
certissimum sit, ipsa deniq; terra & viscera et si
auro primum turgentia, cum tempore peni-
tius exhauriri. Favit tamen hucusq; Nu-
men Optimis Regibus, & Hispanis pro egre-
gia illorum pietate & sanctitate benedixit,
quorum successio quamdiu durabit apud eam
nationem, duraturam quoq; benedictionem
nemo dubitet, ut jure merito, de nulla re
alia magis solliciti esse debeant, quam de Re-
gis sui & liberorum Regiorum conservatione,
præcessuæ conditionis & tot sacerdorum servi-
tutis contuitu, quam satis distinctè Annales

illo-

Hispaniæ

illorum produnt, & Chronologicum nostram
Compendium modo satis exhibebit.

Ceterum Hispania ipsa quam sit opulenta,
vel ex solis Episcoporum & aliorum Ecclesie
Prælatorum redditibus liquet, quo-
rum syllabum subjicere
placuit.



De



De Pontificibus & Prälatis Hispaniae eorumq[ue] annuo censu.

T	Oletanus Archiepiscopus , est maximus Ca-	stellæ Cancellarius , totiusq[ue] Regni Primas ,	cujus anni reditus sunt , teste	
Botero	- - - -	260.000. ducati.		
Archiepiscopus Hispalensis annuos reditus habet		100.100. duc.		
Archiepiscopus Compostellanus habet 60000. duc.				
Archiepiscopus Granatensis	- - - -	40000. d.		
Episcopus Burgensis	- - - -	20000. d.		
Episcopus Siguntinus	- - - -	20000. d.		
Episcopus Chochensis	- - - -	16000. d.		
Episcopus Placentinus	- - - -	15000. d.		
Episcopus Palentinus	- - - -	13000. d.		
Episcopus Mentesanus	- - - -	10000. d.		
Episcopus Segoviensis	- - - -	14000. d.		
Episcopus Avilensis	- - - -	8000. d.		
Episcopus Zamorensis	- - - -	12000. d.		
Episcopus Salmanticensis	- - - -	10000. d.		
Episcopus Paçensis	- - - -	6000. d.		
Episcopus Ovetensis	- - - -	6000. d.		
Episcopus Carthaginensis	- - - -	5000. d.		
Episcopus Astoricensis	- - - -	4000. d.		
Episcopus Caurensis	- - - -	8000. d.		
Episcopus Civitatensis	- - - -	4000. d.		
Episcopus Malacensis	- - - -	10000. d.		
Episcopus Gaditanus	- - - -	8500. d.		
Episcopus Guadixensis	- - - -	2000. d.		

Epi-

Episcopus Abderitanus	-	-	1500 d.
Episcopus Mondoviensis	-	-	1500 d.
Episcopus Tuidensis	-	-	2000 d.
Episcopus Olucensis	-	-	1500 d.
Episcopus Orensis	-	-	3000 d.
Episcopus Canariæ	-	-	8000 d.
Episcopus Jaënsis	-	-	40000 d.

*In Arragonia, Valentia, Laletania,
Navarra.*

Archiepiscopus Cæsaraugustanus	-	-	60000 d.
Archiepiscopus Valentinus	-	-	13000 d.
Archiepiscopus Tarraconensis	-	-	8000 d.
Episcopus Tiriassonensis	-	-	5000 d.
Episcopus Osçensis	-	-	3000 d.
Episcopus Segebricensis	-	-	3000 d.
Episcopus Barcinonensis	-	-	5000 d.
Episcopus Ilerdensis	-	-	5000 d.
Episcopus Dertofanus	-	-	8000 d.
Episcopus Gerundensis	-	-	4000 d.
Episcopus Urgellensis	-	-	7000 d.
Episcopus Vicensis	-	-	2500 d.
Episcopus Elnensis	-	-	1500 d.
Episcopus Pampilonensis	-	-	6000 d.

*Ordines Militares & eorum
annui census.*

Ordo Equester S. Jacobi	-	-	60000 d.
Ordo Equester Alcantaræ	-	-	45000 d.
Ordo Equester Calatravæ	-	-	40000 d.

Pontifices & Prælati Portugalliae.

Archiepiscopus Olisipponensis	-	-	16000 d.
Archiepiscopus Bracharensis	-	-	24000 d.
			Epi-

Episcopus Eborensis	-	-	20000 d.
Episcopus Viseiensis	-	-	8000 d.
Episcopus Guardianus	-	-	5000 d.
Episcopus Conimbricensis	-	-	12000 d.
Episcopus Portuensis	-	-	4000 d.
Episcopus Lamegensis	-	-	6000 d.
Episcopus Sylvensis	-	-	4000 d.

Certè. Damianus à Goës : Omnis Hispanæ Cleri proventus (Abbes excipio) duplo maiores quā Episcoporum. Abbatiarum vero proventus non solum Cleri redditus æquant, sed & superant. Sine controversia aliqua, qui se cultui Divino dederunt, habent in Hispania singulis annis ultra quadragies centena millia ducatorum; præter id quod Commendatarij & illorum Magistri possident, quæ summa etiam est ingens. Namque in solis Regnis Castellano & Legionensi Ordo S. Jacobi 88. Commendas numerat, nempe in Castellano 42. quarum census annuus est 166800. ducatorum, in Legionensi Commendæ 46. censusque 105400. ducatorum. Ordo Calatravæ in utroq; Regno Commendas habet 34. universalisque anni unius census est 95600. ducatorum. Ordo Alcantaræ Commendas complectitur 32. estque annuus census 82980. Ducatorum.

Cæterum Ordo S. Jacobi in Portugallia, sexaginta Commendis constat, quibus quotannis 12.0000. crusati impenduntur.

Ordo Equitum Avisiorum quadraginta tres Commendas numerat suntque census ejus annui crusati 70000.

Ordo

do Christi , quadringentes quinquaginta quatuor
Commendas habet , quibus quotannis sol-
vuntur crusati seu ducati Portugallici
23.6326.

Joannis Ordo novemdecim solum Commendas
habet & duas Ballivias , quarum reditus non
ita distinctè recensentur.

Magnatum aliquot Portugalliae census.

orum primus & præcipuus est Regij sanguinis
Princeps Dux de Braganca , de quo Boterus
scribit : tantam illius esse potentiam & opu-
lentiam ut monstro simile sit , in tam exiguo
Regno Principem inveniri præter Regem , qui
tantas opes possideat . In libro , de les Estats
Empires &c. & apud Honorium in Relatione
de Regno Portugalliae refertur Ducem de
Braganca annuos habere reditus Crusatorum
seu ducatorum Portugalicorum 100.000.
Cæteri Principes & Magnates habent annis
singulis

x Averi	-	-	-	50000. duc.
x de Barclos	-	-	-	
x Cohimbræ	-	-	-	
Archio Villæ Regalis	-	-	-	15000. d.
mes Marialuæ è genere Continorum	-	-	-	12000.d.
mes Penilensis è fam. Vasconcellorum	-	-	-	4000. d.
mes de Portalegre è familia Silveria	-	-	-	5000.d.
mes Veniosanus è fam. Sosa	-	-	-	5000. d.
mes Monsantinus	-	-	-	5000. d.
				Comes

Comes Pratensis è Sosa familia - - - 3000.0.
Comes Teutugalensis - - - 8000.0.
Comes Bratensis è familia de Almeida - - 3000.d.
Comes Feirensis domus Pereiræ - - - 3000.d.
Comes de Linares - - - 3000.d.
Comes Rondonensis è famili. Coutin. - 5000.d.
Ista nunc pro commendatione Hispaniarum sufficiant.


Nunc Chronologiam Ordiamur.



HISPA

NIARUM

DESCRIPTIO CHRONOLOGICA.



Hispaniarum
descriptio.

¶ A

HISPA-

RPJCB

Hispaniarum
succinctissima
chronologia.

HISPA NIARVM
SUCCINCTISSIMA
CHRONOLOGIA.

Opera

R. P. Gabrielis Bucelini Mona-
hi Theologi Imperialis Monasterij
Weingartensis, Prioris S. Ioan. Bapti-
sta in Veldtkirch.

- | A. C. | |
|-------|---|
| 1. | Christo nato, ut & mortuo Hispania romanis paruit, uti longè ante & diutissime Iberis Asiae populis servivit. |
| 34. | Haud multo post mortem Christi, Apostolis mundi provincias, prædicationis causa inter se dividentibus, S. Jacobo Matori Hispania obtingit. |
| 37. | Idem lectissimus Apostolus peragratibus uribus Hispaniæ, verbo exemplo & miraculis plurimos, cum ex Gentilibus tum Judæis convertit, & ad hos in Hispanijs commorantes Canonicam Epistolam scribit, quæ fuit prima scriptura Novi Testamenti. De quo consulenda Hispan. Historia, maximè autem Fl. Julij Dextri, & doctissimi viri Francisci Biyarij. |

*
Chronologia

4
A. C.

- Ipsò anno primam B. M. V. honori & nomini Ecclesiam idem Apostolus Cæsar augustæ dedicat, qua in urbe primum Episcopum Athanasium creat, alijsque similiter Urbibus Episcopos præficit.
41. Hoc primum, non præcedente, ut Baronius voluit, anno S. Jacobus Hierosolymam revertitur, cum prius Gallias quoque invisens, Christum annunciasse. Eodem anno fratrem & Beatissimam DEI Matrem Ephesum comitatur.
42. Epheso cum ijsdem reversus ferventius prædicans Judæis ab Herode tenetur, & capite mulctatus 25. die mensis Martij Martyrium gloriose pertulit.
43. Discipuli S. Jacobi, DEI monitu, Virginisque DEI paræ consilio, Apostoli corpus Joppe navi imponentes, transvehunt Cōpostellāq; sepulchro altare superstruunt.
44. Plures à se consecratos Episcopos ad Boeticam littoralem Hispaniæ provinciam S. Petrus destinat.
46. Felicissimè succedit in Hispania propagatio fidei, promota per discipulos S. Jacobi, à Petro atque deinceps successore Athanasio, Barcaræ, à Pio Hispali, ab Eugenio Valentiæ, Toleti ab Elpidio.
47. Julianus obrigæ S. Arcadius Episcop⁹, Barcinone S. Etherius, apud Tarragonenses Agathodorus, plurimos Christo lucrantur.
50. Princeps Apostolorum Petrus ipse in Hispanias proficisciatur, Apostolico munere fungitur Ecclesiæ visitat, sacras imagines Antiochia allatas ijsdem infert, & relieto

A. C.

- relichto S. Quarto uno ex 72. discipulis,
ipse in Africam & Ægyptum transfretat.
S. Athanasius Episc. Cæsar. Augustanus
totam Celtiberiam & Carpetaniam Chri-
sti Regno adjicit.
52. SS. Indalecius, Torquatus, Martialis, Tesi-
phon alijque varias Hispaniæ urbes præ-
dicando oberrant.
55. M. Marcellus Eugenius à Divo Petro in Hi-
spanias missus Toletanis Episcopus præ-
ficitur.
57. Alotus Judex, à Nerone Cæs. constitutus,
aliquot Divi Jacobi discipulos, dum ad
Concilium Iliberri conveniunt, bonis o-
mnibus spoliatos flammis exuri jubet.
60. Cherronensi in Urbe Valentiam indicto
Concilio, multi capti Sanctissimi Ponti-
fices, prima Neronis persecutione, sed &
Hispalī, Iliturgi, alijsque urbibus per Lu-
sitaniam, Bæticum & Carpetaniam pluri-
mi Martyrio afficiuntur.
64. S. Paulus Apostolus Hispanias invisit, ad-
ductis secum Philemone, Timotheo ali-
jsque discipulis, dum illic commorantem
L. Annaeus Seneca Cordulensis suavissi-
mis litteris compellat. Conversi illic à
Paulo Philotheus, Probus, ejusque uxor
Xantippa.
66. SS. Crispinus Astigitanus Episcopus, Mar-
cus, Adria, alijque plures pro Christo
Martyrio affecti sunt. Ipso anno L. An-
naeus Seneca Hispanus occultè in Chri-
stum credens, jussu Neronis venarum
incisione perit. S. Paulus Apost. Epistolā

A. C.

- ad Hebræos Hispanos noviter conversos scribit.
68. Vitellius & Galba Judices plurimos in Hispania Christianos morte afficiunt.
70. Idem jam primum dictus Servius Galba, à veteranis in Hispania commorantibus Imperator declaratur. S. Aquila Pauli Apost. discipulus Heracleæ prædicat.
71. Celeberrima jam fuit peregrinatio ad corpus S. Jacobi impediente scelerato Diotrephe. S. Onesimus S. Pauli discipulus per Hispanias prædicat, quem paulo post S. Hierotheus consequitur.
74. Idem Hierotheus nuper Atheniensis nunc Segoviae Episcopus præclarissime, de Hispanis meretur.
76. Sancti Saturninus Divi Petri discipulus & Paulus Sergius discipulus S. Pauli Cor-dubæ, Hispali, Barcinonæ & passim prædicant.
80. Idem Sergius Paulus totam Hispaniæ provinciam prædicando peragrat, optimeq; meretur.
86. Castris Cæcilijs in Lusitania prædicat S. Jonas S. Dionysij Areopagitæ discipulus, inde postea ad Gallias reversus. Caparæ S. Carilippus & socij passi sunt.
91. S. Memmius Mancius è 72. discipulis, primus Eborensum in Portugallia Pontifex præclare meretur. S. Julianus civis Toletanus Martyrio coronatur.
94. Bilbilitani Christo dant nomen opera S. Paterni qui fuit discipulus S. Saturnini.
95. SS. Alexander, Julianus, Dativus, Vincen-tius,

A. C.

tius, Aquila Priscilla, pluresque alij in Hispania patiuntur.

100. S. Romulus Trajani Cæs. Praefectus in Hispaniam ab eodem relegatus in Celtiberia patitur. Sed & multi alij Martyres tota provincia occumbunt.

105. Clarent SS. Eugenius, M. Marcellus. Epi-
tectus Philotheus, Vitalis, Avitus alijque
Sancti Episcopi qui Synodo indicta His-
panijs præclarè consulunt.

110. S. Dionysius Areopagita è Gallijs in Hispanias excurrit, Legatus à S. Clemente toti⁹
Occidentis designatus. Claret S. Marcus
Bolanus Florentius Hispali S. Arcadius
Martyr in Bætica patitur.

112. Toleti Concilium celebratur de rebus fidei
& morum præsidente S. M. Marcello Eu-
genio. Patitur S. Eutychius S. Pauli di-
scipulus, Telæ in Vaccæis occisus. Simi-
liter Carthagine Spartaria S. Alexander
Simonis Cyrenæi filius.

115. Hispali SS. Macarius, Justus & Rufinus, Ur-
faonæ in Boetica S. Leo, patiuntur.

116. S. Marcus Bolanus apud Hispalim Martyrio
coronatur.

120. C. Apuleius Diocles Lusitanus, Agitator
primus factionis Russatæ, innumeris vi-
ctorijs, ad miraculum claret.

125. Magna Hispanorum gloria, Hadrianus Im-
perator celebratur, qui Italicæ in Hispania,
non, ut nonnulli volunt Hadriæ in
Piceno, natus fuit.

128. S. Quadratus, Hispaniarum haud ita pri-
dem Apostolus Athenis nunc denuo

Chronologia

A. C.

- commoratus Hadriano Imp. librum
porrigit pro Religione compositum
cum ibidem Cæsar subsisteret.
130. S. Calocerus S. Jacobi discipulus Episcopus
Ravennas major centenario moritur.
132. S. Honoratus, S. M. Marcello Eugenio To-
leti succedit in prædicatione.
134. S. Hermolaus Archiepiscopus Toletanus
insignis Societatis Magister & Socus
cum decem millibus Martyribus in Ara-
rath patitur. Eodem anno Metellini in
Lusitania similiter coronatur S. Eusebi-
us Palatinus cum novem socijs.
138. Martyrij palmam merentur S. Philetus Se-
nator cum filijs, & conjuge, alijsque
quinquaginta. Similiter S. Wilgefortis
Catelij Lusitanorum Reguli filia, S. Mar-
garita, & S. Euphemia.
139. Hadrianus Imp. Opt. natione Hispanus mo-
ritur. Ipso anno SS. Martyres Facundus
& Primitivus pro Christo cæsi sunt.
142. Barcinonensi Ecclesiæ multa cum laude
præest Aulus Victor Episcopus.
145. Besulci in Portugallia (olim Concordia di-
cebatur) Martyrio coronatur S. Dona-
tus & Socij.
150. Toletanæ Cathedræ præest Pelagius. Ne-
sciente Antonino Pio Cæsare, præfecti
in Christianos sœviunt.
153. Idem Imperator sola auctoritate triumpha-
to Parthorum Rege, similiter Iberiæ Re-
gem devicit.
155. S. Marciana Catelli Lusitaniæ Reguli filia,
soror gemella octo aliarum Virginum
Toleti

A. C.

Toleti Martyrio afficitur.

156. SS. Martyres Bonosus & Maximianus Blan-
dæ patiuntur.160. Pelagio Toletano Pontifici succedit Pater-
nus, alijs Patruinus sive Patrinus. S. Do-
minica cum sororibus Martyr occum-
bit.162. Moritur Antoninus Pij Imp. quo regnante
persequutio nonnihil per Hispanias re-
misit quod ipse omnem crudelitatem ni-
mium averfaretur.164. Satis turbatæ in Hispania res, quod Pio Im-
peratore mortuo, similem habituros
deinceps desperarent provinciæ.165. Recrudescit in Christianos odium & per-
secutio.168. S. Pasycrates Hispanias admirabili splendo-
re sanctitatis plurimum illustrat.169. Marcus Hæreticus Lusitaniam depravare
conatus, irrisui habetur, & malè tracta-
tur.170. Plurimi per Hispanias Martyrio afficiuntur.
Valerio Juliano Præside, & Gallo Maxi-
miano Proconsule.175. S. Proculus Martyr Interamni Flavij in Hi-
spania gloriose occumbit alius ab illis
quorum duos Baronius celebrat.180. Lucius Orator celeberrimus Romæ floret,
Utriculi Hispanorum, natus Lucas Tu-
densis celebrat. Hispaniarum Ecclesiæ
pacem à paganis auro mereantur.185. Patruino Toletano Præsuli Turibius, vir
meritissimus succedit. Flaviobrigæ S. Vi-
ctor & socij Martyrio consummantur.

A. C.

189. Plurimum proficit fides Christiana Commodo Cæsare in Principes sibi suspectos, quam exteros sœviente, & apud socias gentes Pij nomen ambiente.
196. Peregrinatio ad S. Jacobum & ad Ecclesiam B. M. V. de Pilari frequentissima.
199. Sed & sacrarum imaginum usus & cultus ab Apostolicis temporibus in Hispania frequens, quiescente nonnihil persecutione plurimum publicè invaluit.
204. Sex tam Generalem persecutionem indicit Severus, quæ deinceps multos etiam per Hispaniam, in sacri certaminis aream deduxit.
208. Carthagine S. Gudenes Virgo, prope Segobiam S. Auditus, prope Tanagram flumen S. Secundus Astensis Martirio coronantur. S. Andeolus per Hispanias prædicat.
212. Post Lucium Barcinonensiū Pontificem succedit Fulta, qui præest annos duodecim.
217. Quintius, Quintus, sive Quintianus Toletanus Archiepiscopus præsidet.
220. S. Titus cognomento Justus in Carpetania prædicat, qui Plinium Juniores ad fidem convertit.
222. Quintio Toletano Pontifici succedit Vincentius. SS. Cyriacus & Julitta Hippona in Carpetania patiuntur.
230. SS. Gracilianus & Felicissima Martyres urbe Salaria in Lusitania celebrantur.
239. Nunquam satis sedatam in Christianos persecutionē reaccedit Maximin⁹ Imperat.
245. Vincentio Toletano Archipræfuli succedit

A. C.

dit Pomponius Paulatus, quem alij Palmarium, Paviatum, & Pragmatium appellant.

246. SS. Orentius & Patientia, parentes S. Laurentij Archilevitæ qui postea Romæ passus est, Oscæ Martyrij laureola donantur. Floret S. Orentius Episcopus Auxitanus.
248. S. Melchiades, qui postea Romanus Pontifex fuit, in Hispania Mantuæ Carpetanorum nascitur.
252. In odium Philipporum Cæsarum, Decius Imp. septimam sævissimam persecutionem toto orbe in Christianos accedit.
255. Martialis Emeritensis, & Basilides Asturicensis metu edicti Cæsarei, cum Gentilibus communicant, quibus exauctoratis Sabinus & Felix succedūt. Fit Martyr S. Victoria. Similiter SS. Felix, Fortunatus & Achillæus.
256. Electio Sabini & Felicis supradictorum in Synodo Carthaginensi approbatur.
260. Julio Minervio Præside prope Tudem Gallicæ SS. Theophilus Saturninus & Revocata patiuntur.
261. S. Laurenti Hispanus Oscensis, Romæ Martirio post Xistum Papam coronatur, quo ipso anno jussi Xisti Concilium Toleti celebratur.
263. In Lusitania S. Celerina, L. Pompeij Celerina abneptis Martyrij palmā promeruit.
268. Calidonio Bracarense Episcopo, ad quem scripsit S. Cyprianus, succedit Narcissus Tarragonæ passi sunt SS. Eulogius Fructuosus & Augurius. Uxamæbarcæ S. Fortanus

A. C.

- nus, Ambratiae in Lusitania S. Epitectus,
Carthagine SS. Heraclius & Zosimus.
269. Fulgoribus sanctitatis Hispanias & sedem
Ilerensem implet S. Licerius Episcopus
vir sanctissimus.
270. Flaviobrigæ patitur S. Julianus adolescens,
& Carthagine Hispanorum S. Hippolytus
Episcopus, & socij.
274. Paulatus Toletanus Archiepiscopus præ-
clarè meretur.
277. S. Narcissus Bracarensis Episcopus, Gerundę
Martyrio coronatur.
280. Manichaorum Hæresis passim, etiam in Hi-
spanijs invalefecit.
285. SS. Alexander & Antonina Olcadibus Hi-
spaniæ, Garmoniæ S. Justina Virgo, Bar-
cinone S. Severus Episcopus, Deiobrigæ
SS. Lupus & Saturninus Martyrum lau-
rea donantur.
286. Pomponio Paulato Toletana in sede succe-
dit S. Melantius.
290. Romæ S. Zeno & mille ducenti Martyres
Hispani passi sunt. Cluniæ in Celtiberia
S. Saturninus cum 355. socijs.
296. Heracleæ SS. Felix & Januarius, Carthagine
S. Carithina Virgo. Compluti SS. Justus
& Pastor gloriose pro fide occumbunt.
298. Avitus Barcinonensis Episcopus vir erudi-
tissimus claret.
300. Hispali SS. Carpophorus & Abundius passi
sunt. Urenæ item S. Valerius Cæsar Au-
gustanus Episcopus, alibi plures Martyr-
es. L. Valerius Hispanus, Erosi frag-
menta in 5. partes digessit. celebratur

Con-

- L. C.
- Concilium Iliberritanum, Dacianus Praeses Hispaniae immanissimè sœvit.
305. Ingens Sanctorum Martyrum in Hispanijs numerus triumphantis Ecclesiæ plausum auget.
308. S. Briccius Episcopus mirè à tormentis liberatur, & Hispanis longè lateq; consulit. Plurimi iterum Martyres.
310. S. Melanthio in sede Toletana succedit Natalis, qui multa à Gentilibus & Hæreticis patitur.
311. Concilium Toleti celebratur, in defensionem Concilij Iliberritani. S. Liberius Episcopus Carenfis celebratur.
312. Constantinus Magnus annitente matre Helena & Hosio Cordubensi Episcopo præclarè de Hispanis meretur.
317. Claret L. Cæcilius Laetantius Hispanus Crispī, filij Cæsarīs Præceptor.
324. Nicæno Concilio pro Syluestro Papa præsidet B. Hosius Cordubensis Episcopus. Natalis Toletanus Pontifex Constantino Imp. Natales Martyrum & tabulas mittit.
330. Hosius Cordubensis Episcopus fama sanctitatis & meritorum non Hispanias solum, sed orbem implet.
337. Salmanticæ S. Juvencus Presbyter moritur inter scriptores Ecclesiasticos à S. Hieronymo celebratus.
342. Invalescit nimis quantum Arianismus, contra quem aliasq; Hærefes strenuè obnittitur Natalis Episc. Tolet.
345. Conciliū Cordubense celebratur in causa S. Athanasij, in quo centū Episc. cōfluxerant.

A. C.

350. Clarent, Pr̄etextatus Barcinonensis, Ma-
cellus Castulonensis, Florentius Emeri-
tensis, & Costus C̄esar augustanus Epis-
copus.
352. Natali Toletano Pontifici succedit S. Olym-
pi⁹, vir sanctissimus & eruditissimus, mag-
nis per Ecclesiæ Doctoribus ad quem plu-
ries scribit S. Gregorius Nazianzenus
Barcinone S. Severus ab Arianis inter-
emptus.
353. Floret Gratianus Carthaginensis Hispania
Episcopus, & Mantuæ Carpetanorum
SS. Anastasius Presbyter, Placidus, Ge-
nesius & Socij Ortodoxæ fidei asserto-
res egregij.
356. Vita defungitur post longa certamina, ex-
ilium & ærumnas plurimas S. Olympius
Doctor præstantissimus Hispaniarū, cui
succedit in Sede Toletana S. Gregorius.
360. Idem Gregorius multa ob fidem patitur, &
in exilium ejicitur. quocum communi-
cat S. Hilarius Pictavorum Episcopus.
Moritur magnus ille Hosius.
362. Sub impij Juliani Imperio multi in Hispanijs
Martyres: SS. Donatus, Crispinus alijq;.
366. S. Gregorio in sed Toletana sufficitur An-
dentius, vir eximiæ sanctitatis, Zeli, &
eruditionis.
368. Frequentes in Hispania coguntur Synodi,
quibus Toleti & prope Tritium res Ca-
tholica confirmata est. Corcheiæ in Hi-
spania floret Marcius Poëta Lyricus.
370. Fortiter contra Arrianos agit B. Audentius
Toletanus scriptis libris celeberrimus. ad
quem scribit B. Basilius.

- A. C.
375. Clarent Aquilius Severus & Asturius apud Toletanos nascitur Paulus Orosius Junior Tarragonensis.
380. Celebrantur hoc anno in Hispanijs Fl. Prudentius Cæsaraugustanus, Adelphus Rhetor, & Asturius Serranus Toletanus Gnosticorū errores in Hisp. invalescunt.
382. Lampadius olim Urbis præfctus fit Episcopus Oretanus Priscillianus Gallæcus multum insanit contra sanam Fidem. Moriturs. Augustalis Episc. Iliberritanus. Floret Marcellus Telensis Episcopus.
384. Varia Consilia contra Priscillianum celebrantur, Emeritense, Cæsaraugustanū, & aliud in Lusitania, Higinius Cordubensis Episcopus ob Hæresim exauctioratur.
385. Libris editis mirè triumphat Priscillianum S. Audentius Tolet. claret S. Forcatus Episcopus & Helpidius Hispanus.
386. Concilium Toleti contra Priscillianistas. Claudianus Hispanus Poëta felicissimus Romæ floret. Vigilantius inficit Hispanias contra quem scribit S. Hieronymus.
390. Clarent in Hispania Gregorius ex Præfecto Prætorij Iliberritanus Episcopus, & Gregorius Pontifex Cordubensis.
396. Post Pacianum succedit S. Lampadius in Cathedra Barcinonensi. Fulget in sede Toletana S. Astutius cognomento Serranus. Romæ celebratur Prudentius Poëta Lyricus patria Cæsaraugustanus.
400. Paulus Orosius rem præclare gerit in Hispanijs, inde ad Concilium Africanum transretans.

A. C.

405. Iterum Toleti celebratur Concilium, cujus
Pati scriptis litteris compellat Innocen-
tius Pont. Max.
406. Wandali per Hispaniam grassantur, à qui-
bus cæditur S. Victoria Tarragonæ inter-
cepta.
407. Mira rerum confusio in Hispanijs, Wanda-
lis, Alanis, Suevis ipsam pessum danti
bus & inter se partientibus. Moritur S. Pa-
ternus Episcopus Bracarensis.
410. Wandali Boëticam, Alani Lusitaniam oc-
cupant, Alaricus Rex Italiam aggressu
Romam expugnat & incendio fœdat
Claret Ruffinus Tarraconensis Episco-
pus.
411. Siciliam petiturus Alaricus Rex repentina
morte defungitur succedente Ataul-
pho.
412. Gotthi Alanis mixti Gottalaniæ, quæ dein
Catalonia corruptius dicta est, nomen
imponunt.
415. Gundericus Wandalorum in Hispania Rex
Baleares insulas occupat & spoliat.
417. Inter tot turbas quieto animo Paulus Oro-
sius Tarragonensis Hormestam, nimirum
mundi Chronicon monitu S. Augustini
scribit. Constantius Imp. Hispanias va-
stat & latè prædatur.
418. Wandali Galliæ infusi à Genebaldo Duce
in Hispanias repulsi ægrè ab internecione
liberantur, Gotthis, mox etiam è Lusita-
nia Alanis subsidio occurrentibus.
420. Gundericus Wandalorum Rex Hispalim
occupat & diruit.

Wan-

A. C.

421. Wandali Suevi & Alani, ex Hispanijs Galias invadunt, paulo post ab Aëtio Duce repulsi.
422. Hermanicus Suevorum, & Gundericus Wandalorum in Hispania Reges ex amicis hostes, Regna & urbes alternatim vastant.
423. Episcopi etiam in Hispanijs inter se collisi, quod lapsos in Hæresim, Catholici ad communionem non reciperent. Marabandus Poëta Lyricus, cæcus Barcinone claret.
424. S. Astario Toletano Martinus succedit. Syndodus Telensis celebratur. Prudentius Episc. Cæsaraugustanus Hæresum triumphator felicissime defungitur.
426. Honorius Imp. Castino & Bonifacio Ducibus in Hispanias immisso Suevos Alanos & Wandalos non modicum atterit.
427. Hunericus sive Gunderibus Wandalorum in Hisp. Rex dum in Ecclesiam manus injicit disceptus à cacodæmone perit.
428. Succedit Gensericus filius vir Mavartius. Fætadio Toletano Pontifici sufficitur Isicius. Claret scriptis egregijs libris Sedulius Oretanus Episcopus ab Isicio amico Toleti detentus.
429. Visigothorum Rex Wallia extinguitur, cui succedit Theodoricus. Goths Castino Duce Carpetaniam vastant & Complutum invadunt Hispaniam, inter tot tenebras & turbas illustrat Idatius.
430. Sunt qui Gunderico nunc primum extincto Gensericum successisse velint; sunt qui cum

- cum patre aliquot annis regnasse contendant: in & aliqui 37. alii 48. Sigeberti 51 annis præfuisse scribunt.
431. Bonifacius Dux rebus suis in Africa diffdens, Gensericum invitat, qui cum clausi trajiciens, optata occasione utitur.
432. Wandalis Gotthisque etiamnum de possessione Hispaniarum certantibus, Gotthi impar Gensericus, promittente totam Africā Bonifacio, omnes vires eo convertit, & longè latèq; ferro omnia subigit.
433. Alanos etiam secum in Africam pertrahit Gensericus, & trecentis millibus exercitum instruit sexu etiam infirmo in Africam translato, Inde Gotthi res suas in Hispanijs egregiè firmant.
434. Ipsum nunc etiam Bonifacium Africa ejicit Gensericus & Africam plenissimè sibi subiicit.
437. Visigothi latissime se se per Hispanias dilatant, vicinis etiam provincijs multum reformidandi.
440. Theodoricus Visigothorum in Hispania Rex, minimè contentus Romanos Hispanijs expulisse, Gellijs quoq; expellere nititur.
441. Fædè per Gallias graffatur Theodoricus, in Romanos crudelissimus, contra quem missus cum exercitu Littorijs, cæsis omnibus quos adduxerat, ipse capitur.
442. Ætius contra Visigothos in Gallijs rem bene gerit, multasq; urbes recipit, sed ab Hunnis quos adduxerat metuens res cum Theodorico Rege componit.

Theo-

Hispaniarum.

- C.
443. Theodoricus Rex cum Genserico Alanis &
Suevis contra Valentinianum Imp. ejusq;
Duces conjurat & confederatur.
444. Theodoricus multas Urbes armis recipit.
cogiturque Aëtius Rom. exercitus Dux
tam ipsi quam Richerio Suevorum Re-
gi multas provincias urbesq; cedere.
445. Richerius Suevorum in Hispania Rex novam
Carthaginem expugnat, multasq; alias
urbes occupat, Romanos mactat.
446. Gensericus Rex dum Catholicos in Africa
eversos cupit, ab Imperatore bello peti-
tur, sed Cæsar is exercitu profligatur.
448. Suevi in Hispanijs fortuna usq;, varijs occu-
patis urbibus nimium invalescunt.
449. Nunc primum Richerius sive Richarius co-
ronari se patitur & per Hispaniam an Lu-
sitaniā feliciter rem suam promovet.
450. Dum Romani omni modo Genserici pro-
gressibus obnituntur in Hispanijs omnia
pefsumdantur.
451. Theodoricus Rex Visigothorum rursum
Gallias invadit, multas urbes occupat, sed
superveniente cum Hunnis Attila Roma-
nis junctus in campis Catalaunicis contra
Hunnoſ occumbit, succedente in Reg-
num Thorismundo. Majorinus frater Ma-
joriani Imp. Toletanam sedem exornat.
453. Scribit Jornandes Attilam hoc anno ab Ala-
nis ad Ligerim bello superatum.
454. Theodoricus II. sive Junior post Thoris
mundum rerum in Hispania potitur. Ho-
anno nonnulli Atillam deceſſisse dicunt,
alij Anno. 458.

A. C.

456. Castinus Vir Consularis Toletanæ Ecclesiæ præsidet, pater, ut non nulli volunt, Siplicij Papæ.
458. Post mortem Attilæ multum esse per Hispanias Galliasq; dilatant Alanis Suevi, Gotthi. Flavius Paternus Julianus Canpejus Castino Toleti succedit.
459. Theodoricus Rex Hispanijs egressus magnam Galliæ partem, totam in primis Narbonensem provinciam occupat, multaq; per Gallias Romanorū millia mactat.
460. Coactus tot cladibus per diversas provincias, acceptis Cæsar pacificum hostibus Wandalis Africam, Gotthis Suercis & Alanis Hispanias, Francis Galliam, Visigothis Aquitanniam, alijs alias concedit regiones.
462. Ipsa etiam Narbone, quam hucusq; occupare ne quiverat per proditionem potitur Rex Theodoricus. Toletanæ Ecclesiæ præsidet Sintricius Faltonius Probus, vir præstantissimus.
464. Theodorico Regi mortuo succedit Evaricus sive Ervigius, qui statim Gallias bello repetit, sed ut in Hispanijs contra Sicos rem suam promovet.
466. Insigni victoria potitur in Galliis Edici^o contra Evaricum Regē omnia latè vastantem.
468. Nunc ipsimet Galli Romanorum pertæsi respuunt Imperium & cum hostibus eorumdem paciscuntur, & ex Hispania opem atque auxilia evocant.
471. Iterum Gallias infestant ex Hispanijs Visigothi, multasque prædas agunt, & Urbes occu-

- G. occupant per Provinciam.
472. Apud Toletuni Ecclesiæ præsidet Palmatus , Paulini Palmatij SS. Augustino atq; Hieronymo familiarissimi cognatus.
475. Occidentis Imperio in præceps ruente Wandali, Suevi, Visigothi &c. insigniter res su- as, in Africa & Hispanijs stabiliunt.
478. Odoacer quo firmius sibi, occupatum nu- per, stabiliret Imperium Wandalis, Vi- sigothis ac Suevis födere jungitur.
480. Turbatissimis toto orbe Christianorum re- bus & afflictissimis destinatus à Numine medicus nascitur S. P. Benedictus, qui maximis deinceps meritis Hispanias de- meruit.
483. Hunericus impius Vandalorum in Africa Rex dum eodemque tempore 4966. Epi- scopus & Clericos in exilium agit, pluri- mos eorundem et si afflictissima servitu- te Hispania recipit.
484. Ervigius sive Evaricus Visigotthorum in Hi- spania Rex extinguitur, succedēt Alarico.
488. Theodoricus Ostrogotthorum Rex dum Italice bellum indicit Visigotthorum in Hispania Amicitiam exabit, magno cum partis utriusque emolumento.
491. Ægrè res suas per Gallias tuentur Visigothi Hispani, Clodoveo Rege tā contra ipsos quam contra Romanos strenue pugnant.
494. Toletam sedi præest Petrus Edessenus, post Palmatij viri præstantissimi obitum.
498. Theodoricus Italiae Rex Regno firmando intēntus Alarico Visigotthorum in Hispania Rege filiam despondet,

A. C.

500. Sacrae sedi Toletanæ præst Hector cog-
mento Ferrandus.
503. Celebratur Stephanus Cordubensis Episc-
pus, qui hoc ipso anno interest Concilium
Romano.
504. Dum Alaricum Regem Clodoveus Rex Ga-
lijs ejicere nititur, Theodoricum Italum
Regem graviter offendit.
507. Clodoveus & Alaricus graviter colliduntur
illi pro genere Theodorico extrema minatu-
508. Funestissimis armis inter se concurrunt. The-
odoricus & Clodovæus dum hic Hispania
num & Burgundum persequitur.
509. Clodovæus Anastasium Imp. contra Theo-
doricum concitat sed & Hunnos atque
Boios, qui ejus provincias vastant. Idem
Clodoveus Alarico totam Aquitaniam eripi-
510. Alaricus Rex moritur, succedit Amalaricus
filius, cui Clodoveus Avernos, Tolosam
aliasque urbes adimit, hic ad avunculum
in Italię profugit.
511. Theodoricus pro Alarico nepote rerum fa-
tagit, & Hispania consuluit, inde hic pri-
mus annus Regni Ejusdem in Hispania
numeratur.
512. Theodoricus rebus cum Imp. compositis
Gallum aggreditur, & cæsis triginta mil-
libus, Provinciam Arelatum Tolosam
&c recipit, Amalaricum Regno restituit
513. Dum Clodoveus recipere adempta cona-
tur, iterum à Theodorici exercitu victus,
viginti suorum millia cæsa lamentatur.
514. Theod. ut Amaldorico Regnum firmaret,
contra Clodoveum Danos & Wandalos
concitat,

Con-

- C.
16. Concilium Tarragonense decem Episcopo-
rum celebratur, & Hispaniarum Ecclesijs
consulitur.
17. Concilium Gerundense septem Episcopo-
rum celebratur.
18. Toletanæ Ecclesiæ summa cum laude præ-
sident Celsus, natione Germanus, vir do-
ctus & sanctus.
20. Hispanijs pergit consulere Theodoricus
non aliter atque Italiæ, inde non minus
quam Amalaricus Rex ab Hispanis & Pa-
ribus in diversis concilijs appellatur.
22. Invalescit in Hispanijs Arianismus, cui in i-
pso etiam Oriente Theodoricus Rex pa-
trocinatur.
24. Ilerdense octo Episcoporum Concilium ce-
lebratur anno regni Theodorici decimo
quinto. Succedit hoc ipso anno Con-
cilium Valentiniun sex Episcoporum.
25. Clarent, Sergius Metropolitanus Tarraco-
nensis, Justus Urgelitanus & Joannes
Cæsar augustanus Episcopi.
6. Mortuo nunc Theodoro Rege de Hispani-
js meritissimo, solus imperat Amala-
ricus.
9. Celebrantur inter illustriores Hispaniarum
viro S. Montanus Toletanus postea E-
piscopus, Nebridius & Paternus Batcino-
nensis, & Februarius Ilerdensis Episcopi.
1. Moritur Amalaricus Rex succedente Theu-
da, sub quo hoc ipso anno celebratur
Concilium Toletanum II. cui præest S.
Montanus Archiepiscop^o Toletanus. Pri-
mus ex Hispanis, habitum Monachicum

Romæ

A. C.

532. Romæ è manu S. P. Benedicti suscipit Turibius Parentinus postea Episcopus S. Turibius in Hispanias reversus, impetratam è S. Benedicto insignem SS. Monachorum Coloniam adducit, quos inter S. Euphemius, Exuperius, Venantius Adelphius, Exuperantius alijque magni dei Præsules evasere.
533. Allaborant quamprimum memorati nunc viri sanctissimi Ecclesiam demererit, & in conversione gentilium & Hæreticorum strenuam navant operam.
534. S. Turibius Cænobio extractus creaturæ Episcop. Telenis, sive Palentin, cui gratulatur S. Montanus Toletan. Archipræsul, qui paulo post Julianū relinquit successorem.
537. Clarent admirabili vitæ sanctitate SS. Synobius, Eusostomus Eusebius & Ofanus Monachi sanctissimi, Divi Turibij collegæ in monte Libaniensi.
539. Iterum insignem SS. Monachorum 12. Colonia cum Abbatे mittit Toletum, Urber Gotthorum Regiam S.P. Benedictus, qui verbo & exemplo plurimos Christo lucrantur.
540. Sanctina Severiani mater, ijsdē egregiū condidit Cænobiū, ad S. Petru Caradignensem.
542. In Lusitaniam exporrigit se S. P. Benedicti charitas, cuius discipulis erigitur eo superstite Monasterium Lorbanense.
542. In Africam quoque ex Hispanijs se conserunt Divi Benedicti alumni; concussaque ibidem rem Catholicam stabilunt.
543. Extinguitur innumerabilis sacri exercitus Archi-

- C. Archidux Benedictus, à cuius discipulis
innumera deinceps bona Hispanijs obti-
gêre, 544. Teuda Rex in tumultu occi-
ditur.
46. Cultus Deiparæ, & Mariani Psalterij usus
per Hispanias ab alumnis Divi Benedicti
miro fructu propagatur.
48. Rendigisilarus, qui Teudæ Regi successerat,
& ipse ab ipsis Visigothis trucidatur, suc-
cedente Theodisco sive Theodegisilo.
50. Apud Toletum Archiepiscopali è cathedra
fulget Pracaudus Athanagildi Principis
frater.
51. Ad regium thronum elevatur Agila Rex
gloriosissimus.
53. S. Turibius Palentinus Episcopus Idolola-
triam profligat, hærefes evertit, Concilia
promovet.
54. Agilæ sive Agesilao Regi in convivio inter-
empto sufficitur Athanagildus, qui præ-
est Hispaniæ 22. annis. Idem initio Regni
Benedicti Patriarchæ alumnis celeberrimi-
num illud Agalliente condit Cænobium.
58. Theodomirus sive Ariamirus Rex Catholi-
cus Suevis in Hispania imperat, præfuitq;
annis 12.
60. Maximis per Bæticam se meritis commen-
dat S. Exuperantius, vir Apostolicus S.
Benedicti discipulus.
62. Petrus II. Toletanorum Archipræsul dignis-
simus Legatione sæpè fungitur, missus ab
Athanagildo ad Reges Galliarum.
3. Dumicense illustrissimum in Gallitia Mon-
sterium conditur, in Portugallia Cæno-
biūm

A. C.

- bium de Tibaes. Concilium Bracarense celebratur.
566. Mirificus ille Abbas & Hispaniae deinceps Tutelaris Aemilianus, splendoribus sanctitatis Regnum implet.
568. Apostolico Zelo & merito Hispanijs mirifice consulit S. Martinus ex Abbatte Dun ciensis Episcopus.
569. Concilium apud Lucum celebratur open Theodomiri Regis, quo rei Catholicae consulitur, & Episcopatum fines cert determinantur.
570. Athanagildo Regi succedit Luba apud Visigothos Hispaniae, Theodomiro Sue vorum Regi Ariamirus filius, vulgo Miro dictus.
572. Luiba extinto imperat Leodevigildus Arianus, SS. Leandri, Isidori & Fulgentii affinis. Celebrantur hoc anno Concilia Bracarense & Lurense secundum.
574. Extinguitur magnum illud Hispaniarum sydus S. Aemilianus Abbas, e caelo nihilo minus Hispanis mire consulens.
575. S. Euphemius S. Benedicti discipulus cognomento Aelladius ex Abbatte primo Agallensi fit Archipræsul Toletanus.
576. S. Scholasticæ exemplo etiam in Hispanijs inter Virgines Monachismus invalescit, condito primùm Valvaneræ Cœnobio.
577. S. Vincentius Abbas S. Claudij Legionensis in profligando Arianismo, S. Leandro cooperatur.
580. Praeclara in Gallias Legatione fungitur S. Euphemius Toletanus Archipræsul, ad ducit

- ducitq; in Hispaniam Ingundem Sigeberti
Regis ex Brunechildi filiam, S. Hermene-
gildo Leovigildi Regis filio nupturam.
582. Mironi Suevorum in Hispania Regi extin-
cto sufficitur Eboricus.
83. S. Gregorius Magnus, Legatus ad Imp. mis-
sus, ex itinere ad S. Leandrum divertens,
huic familiaritate jungitur. Moritur ma-
gnus ille Hispaniarum Doctor, S. Marti-
nus Dumiensis Episcopus.
84. S. Hermenegildus Regis filius, ob fidem Ca-
tholicam jussu patris occiditur, quo ipso
tempore S. Vincentius Abbas, qui in ejus
conversione laboraverat Martyrio affi-
citur, & S. Leander in exilium ejicitur.
85. Revocatur S. Leander cui morit. Rex alte-
rum filium, Reccaredū ipse commendat,
ut in hoc, quod in priore faciat.
86. Conversioni, Reccaredi Regis Regniq; to-
tum se impedit. S. Leander ex monacho
S. Claudi Legionensis, Archiep. Hispan-
ensis, vir sanctissimus, alij assignant anno
589.
88. S Fulgent. ex monacho Astygitano Cartha-
ginensis in Hispania Episc. Apostolico Ze-
lo conversioni gentilium & Hæreticor.
dans operam, mirè meretur.
9. Concilio Toletano præest nomine Pelagij
Papæ S. Leander. Celebratur eodem an-
no Concilium Narbonense
0. Præclarè merentur de Hispanijs S. Agapius
Cordubensis, S. Tonantius Palentinus E-
piscopi, & S. Eutropius Abbas.
2. Celebratur Conciliū Cæsaraugustanum, cui

A. C.

- præsidet Artemius Episcopus Tarraco
nensis.
594. Reccaredus Rex verè Catholicus , plurim:
passim Cænobia molitur.
595. Admirabili vitæ sanctitate Hispanias illu:
strat , & mirè demeretur S. Joannes Vi:
clarensis monachus Episcopus Gerun:
densis.
596. Familiarissimè per litteras correspondent S.
Gregorius Magnus,& S. Leander Archi:
episcopus Hispalensis.
597. Concilium Toletanum decem & sex Epi:
scoporum celebratur , cum illi sedi tunc
præcesset S Adelphius S. Benedicti discip:
vir sanctissimus.
598. Sequitur Oscense Concilium ijsdem ferè
præsentibus qui Toletano interfuerit.
Moritur S. Adelphius Episcopus Tolet:
succedit S. Exuperius,& ipse à S. Benedi:
cto in Hispanias olim destinatus.
599. Concilio Barcinonensi 12. Episcopor. inter:
sunt alios inter SS. Joan. Gerundensis, &
M. Maximus Cæsar Augustanus Episcopi:
Symoniaca Hæresis damnatur.
600. Fulgentissimum Hispaniæ sydus S. Fulgen:
tius Carthaginis Episcopus, fulmen Ha:
reticorum extinguitur.
601. S. Exuperio apud Toletum mortuo succe:
dit S. Venantius,& ipse S. P. Benedicti di:
scipulus, qui grandævus paulo post mo:
ritur. Luiba II. Rex coronatur.
602. Sanctitate atque eruditione clarissimus ef:
fulget S. M. Maximus Episcopus Cæsar:
augustanus S. P. Benedicto à puero ad:
dictus,

- L. C.
- dictus , & , ut ipse fatetur , dilectus.
 603. Vicericum Regem diadematē coronat S.
 Auralius ex Abbatē Aguliensi, Toletanus
 Archiepiscopus. Moritur Magnus Hispa-
 niarum Apostolus S. Leander.
604. Immensus generis humani thesaurus , teste
 Alfredo Angliæ Rege, S. Gregorius Ma-
 gnus cælo infertur, de Hispanijs meritis-
 simus, cuius donum est Imago illa B. M.
 V: Guadalopensis.
606. Vicericus Rex à Religione plurimum com-
 mendatur , fundat nunc Monasterium S.
 Crucis, cui Egilam præficit. Mahometum
 primus agnoscit & prodit S. Isidorus ex
 monacho Agallieni Hispalensis Episc. ille
 monitus à cacodæmone illico profugit.
608. Dracontius Poëta Hispanus celebratur, qui
 versibus Heroicis Creationis mundi He-
 xameron scripsit.
610. Concilium Toletanum jussu Bonifacij Papæ
 cogitur , in eoque Metropolitana digni-
 tas Toletō, ejusque Præfuli S. Helladio,
 Abbatī nuper Agallieni confirmatur. Vi-
 cterico Regi Gundemarus sive Gunde-
 mirus succedit.
612. Cultum Deiparæ plurimum per Hispanias
 propagat & Psalterij Mariani usum pro-
 moyet S. Maximus Cæsaraugustanus.
613. Gundemaro optimo Regi succedit Rex Si-
 sebutus.
614. Concilium Tarragonense celebratur, cui in-
 tersunt cum alijs BB. Joannes Gerun-
 densis, & M. Maximus Episcopi. Mirifica
 sanctitas Sanct. Tolobæi Bracanensis

A. C.

616. ex Monacho Episcopi celebratu
Admiratione Hispanias replent , eruditic
sanctitas & ingentia merita S. Isidori H
spalensis Archiepiscopi.
619. Concilium Hispalense celebratur , prae
dente S. Isidoro contra Acephalor. Ha
resim indictum.
623. Optimo Regi Sisebuto succedit Reccare
dus II. & huic non multo post è vivi
abrepto Rex Suintila.
624. Admirabili sanctitatis splendore percelli
Hispan. S. Helladius Metropol. Toletan⁹
ex Aulæ Regiæ Principe olim Monachus
627. S. Agapetus ex Monacho Cordubensis Epi
scopus, praeclarè de Hispanijs meretur.
629. Magnus Legumlator Hispaniarum Divus
Isidorus innumeris meritis Regnum de
meretur. Hæreses profligat, Ecclesiæ re
format , totum unus ipse Bibliothecam
scribendo condit.
632. Post Suintilam seu Suintilanem Regem, suc
cedit Richimerus sive Rachimirus.
633. Extincto paulo post Richimero , sufficitur
Rex Sisenaudus. Concilium Toleti cele
bratur 70 Episcoporum.
634. Toleranæ sedi praeest S. Justus , ab infantia
monachus S. Helladij discip. Abbas Aga
liensis, vir doctus & sanctus.
635. Moritur sanctissimus ille Gerundensis Ec
clesiæ Pont. Joannes , meritis maximus.
636. Cælum triumpho implet felici transitu S.
Isidorus Hispalensis Archiepiscop. Alter
Ambrosius, vir incomparabilis. Iterum
Concilium Toleti cogitur Episcoporum

- A. C.
- 21. Suintila secundus sive Chintilanes succedit mortuo Regi Sisinando.
 - 638. Iterum Concilium Toleti celebratur 52. Episcop. sub Chintillano Rege.
 - 639. S. Nonnitus ex monacho Gerundensis Episcopus magnis virtutibus & meritis claret.
 - 640. Eruditione non minus quam sanctitate ornat Hispanias S. Eugenius II. Episc. Tolet. cuius poemata tanto post typum vulgavit Jacobus Sirmundus.
 - 641. Post Suintilam Tulga seu Fulga Rex inauratur.
 - 642. S. Braulio Cæsaraugustanus Episc. à scriptoribus Hispaniæ celebratur.
 - 643. Fulgæ Regi post breve imperium Cindasuindus sufficitur.
 - 645. Cindasuindo Rege, plura per Hispanias Cænobia, aliaq; inter S. Romani de Orsnisga ab eodem conditum.
 - 646. S. Eugenius III. Ex monacho Agallensi fit Episcopus Toletanus atq; egregiè mereatur.
 - 648. Cindasuindo Regi succedit Regisuindus.
 - 650. Clarent inter illustiores Hispaniæ viros Orontius Emeritensis, Potamius Bracarensis, Antonius Hispalensis Archiepiscopi, Anatolius & Secundinus Abbates.
 - 652. Concilium Toleti celebratur Episcoporum 28. & plurimorum Legatorum seu Vicariorum.
 - 653. Ibidem denuo Concilium congregatur, cui duo & quinquaginta Episcopi interfuerunt.

A. C.

655. S. Yrenes Benedictina monialis Martyri coronatur, quam DEUS admirando deinceps anniversario Tagi refluxu, & a sepulchrum Virginis prodigioso accessu honorare dignatus est.
656. Iterum Toleti Concilium celebratur, quo alia inter, à Patribus S. Fructuosus monachus Bracarensis Archiepiscopus renunciatur.
658. Magnis summi ingenij monumentis Hispanias & Ecclesiam Christi universam illustrat S. Ildephonsus Abbas Agalliensis.
661. Decrescit paulatim Suevorum in Hispanijs Regnum & nomen.
664. Moritur post ingentes eruditionis & sanctitatis fructus S. Fructuosus Episcopus Bracarensis.
666. Consilium Emeritense 12. Episcoporum in Lusitania congregatur, cuius auctoritatem confirmavit postea Epistola ad Petrum Compostellanum scripta Innocentius III.
667. Moritur Magnus ille Patriarchalis Toletanae Ecclesiæ (uti Rodericus Archiepisc. loquitur) Praeful S. Ildephonsus Anchoira fidei appellatus, Cælorum Augusta Sacellanus.
670. Agaliense, S. Claudi Legionense, S. Petri de Cardeyna aliaque Cænobia ingentem eruditorum & Sanctorum virorum copiam summo Hispaniarum bono edificant.
672. Miraculum Regis sancti simulq; Heroici, S. Bamba ad Regni solium subyechitur.

Wam-

- A. C.
 673. Wamba sive Bamba Rex gloriosissimus ,
 mira felicitate Ildericum tyrannum ali-
 osque rebelles domat.
 674. Iterum hostem nactus Paulum Comitem ,
 qui diadema sibi imposuerat, admirando
 rerum successu opprimit, ab Angelis pro-
 digiose defenso Sancti Regis exercitu.
 675. Wamba triumphans Toletum ingreditur ,
 Pater Patriæ nec immerito salutatus, In-
 de ad pacis artes conversus Regno mitè
 consuluit. Concilium Toleti celebrari
 curat.
 676. Sed & alia summo bono publico Concilia
 coronari author est, Cœnobia struit , &
 quædam Episcopalibus Cathedris & di-
 gnitate ornat.
 676. Ingentem Saracenorum classem ducenta-
 rum septuaginta navium potentissime
 debellat, totam seu mergit seu incendit ,
 prædam in Monasteria partitur.
 677. Idem fines Regni latè propagat, Gentiles &
 Hæreticos Regno exturbat.
 678. Astures & Vascones domat, Regno pluri-
 mis modis consulit.
 679. Carduam urbem restaurat, & à se Bamblio-
 nam, quasi Bambæ lunam cognominat.
 680. Immani scelere Ervigij Comitis, tanto Regi
 venenum propinatur , ex quo à sensibus
 alienatus , tondetur & in Cœnobium de-
 truditur.
 681. Ope Numinis sibi redditus Bamba , dum ad
 Regnum denuo expetitur, cucullum pre-
 ferens diademati, Ervigiū ceu optimè
 de se meritum coronari jubet. Conci-

A. C.

683. Ium eapropter Toleti cogitur.
Concilium aliud Toleti celebratur Episcoporum quadraginta , quo multa utilia statuuntur.
684. Iterum Concilium Toleti instituitur , quo tantum septendecim Episcopi convenere.
685. Æternum nunc decus Monachorum , uti antea Regum S. Bamba admirandis effulget virtutibus.
686. S. Julian. Archiepisc. Toletanus, monachus Agalliensis eruditione non minus quam Sanctitate Hispanias illustrat.
687. Ervigius optimè meritus , Ecclesiæ & Monasteria ornat , multisq[ue] p[re]clarè gestis immoritur.
688. Egica Rex designatur , & ipse laudatissimus optimè de Regno & Ecclesijs meretur. Toleti Concilium 61. Episcoporum congregatur.
689. Suniulphus ex Abbe Mentesanus Episcopus celebrat.
690. Magnum Hispaniarum Sydus , S. Julianus Archiepiscopus Toletanus , post varia p[re]clarè gesta extinguitur.
691. Concilium Cæsaraugustæ celebratur.
693. Opera Egicani sive Egicæ Regis , Toleti Concilium Episcoporum quinquaginta novem congregatur , quo Sigebertus Toleti Archiepisc. exauktoratur.
694. Aliud Toleti Concilium cogitur , in quo egregia Regis Egicæ pietas , & in Sacerdotes DEI reverentia eluxit.
696. Sub hunc ferè annum S. Bamba seu Wamba

ex

A. C.

ex felicissimo Rege humillimus Monachus vita defungitur.

698. Memorabili rursum exemplo Rex optimus & gloriofissimus Flavius Egica sceptrum, & coronam fastidiens cucullum amplectet.
701. In Hispanijs Witizza imperat, optimi parentis Egicæ pessimus filius.
702. Apud Toletum Archiepiscopali Cathedræ præsidet Guntericus, vir sanctitate clarus & miraculis.
703. Nequissimus Rex Witizza, lege permittit, ut à sacerdotibus, quotquot vellent, pellices alerentur.
704. Gunterico apud Toletum succedit Sindredus.
707. Peccata atque inde mala ingentia per Hispanias, scelere Regis & conniventia invalescunt.
708. Mortuo Witizzæ succedit in regnū Costa.
712. Nulla re memorabili gesta Costa extinguitur succedente Rege Roderico.
713. Unius Regis impuritas, innumera deinceps mala Hispan. infert, vitiata enim à Roderico Rege Juliani, Comitis filia, hic Saracenis fædere jungitur.
714. Inundant paulatim Hispanias Sarraceni, qui buscum infeliciter præliatur Rodericus.
715. Hoc anno nonnulli, aliij biennio ante cæsum à Barbaris Rodericum volunt, aliij solum Lusitaniam profugisse, & Monasticen professum, pro peccat. poenituisse.
716. Ingens vastitas Hispanijs illata, feruntur que intra triennium ad 700000. hominum cæsa. Bellazis Maurorum armis

A. C.

- Rex constituitur, à Catholicis Pelagius
Regio Gotthorum sanguine Legioni
Rex salutatur.
717. Pergunt Mauri longè lateque Hispaniarum
provincias & urbes occupare, quibus Pe-
lagius ad 20000. profligat. Julianus &
qui evocaverant Mauros ab his ipsis tru-
cidantur.
718. Utitur victoria Rex Pelagius & multas Sa-
racenis urbes eripit. Fundatur Cænobium
S. Joannis Pennensis ad quod Concilium
provinciale Episcoporum & Abbatum
convocatur.
720. Varijs conflictibus congressi cum Hispanis
Mauri, saepius victi, muniendis quæ oc-
cupaverant intendunt.
721. Sinderedus Toletanus Archiepiscopus ia-
terest Concilio Romæ celebrato.
723. Sarraceni in Hispanijs, in se mutuo armis
conversi, Regnum inter se denique par-
tiuntur, & in duodecim sive quatuorde-
cim minora Regna dividunt.
724. Alphonsus cogn. Catholicus filius Petri Du-
cis Cantabriae Pelagio Regi contra Mau-
ros fædere jungitur.
725. Pelagius Rex Alphonso prædicto Ormisen-
dam filiam dat nuptui, Hispanis nonni-
hil respirantibus.
728. Multas à Saracenis urbes recipit Rex Pela-
gius, dum ipsi animis & armis dissociantur.
730. Optimè meretur de Regno Pelagi, vastata
à Mauris Monasteria & templa restituit,
multa de novo condit.

Pela-

- A. C.
733. Pelagius & Alphonsus rem strenuè gerunt,
Mauros sèpius feliciter contundunt,
multa insignia loca recipiunt.
734. Pulsis Sarracenis Cordubense Regnum oc-
cupat Abdemalius.
735. Pelagius Regum optimus, Maurorum ter-
ror extinguitur, qui primus Gotthica in-
signia dimittens, leonem purpureum in
campo seu scuto argenteo assumpstis.
736. Prosperè rem agit Pelagi filius juvenis stren-
nuus Fafila post patrem Rex salutatus.
737. Inconsultius Venationi dans operam Rex
Fafila ab ursu laniatur, et si alij hunc an-
num morti patris assignent.
738. Magna Catholicorum gratulatione Rex A-
sturum, & Legionis Alphonsus Canta-
briæ Dux gener Pelagi creatur.
739. Carolus Martellus Alphonso Regnum gra-
tulatur, & ad debellandos Sarracenos o-
mnem opem promittit.
740. Saraceni dum ex Hispanijs etiam Gallijs
inhiant, Alphonso viam aperiunt Re-
gnum ampliandi.
742. Repullulascentem Arrianam per Hispanias
Hæresim Monachorum insigni opera ex-
stinguit Rex Alphonsus.
745. S. Michaelis de Cuxan in Catalaunia funda-
tur Cænobium, in quo mira sanctitate e-
lucescit S. Nazarius Monachus.
748. Magnam Navarræ partem Saracenis eripit
Rex Alphonsus.
0. Plures per Hispaniam Urbes, ope Martelli
expugnat idem Rex, & levibus certami-
nibus subinde Mauros fatigat.

A. C.

753. Multa per Lusitaniam oppida atque urbes
ejecto Maurorum præsidio Christiani
restituit Alphonsus.
754. Summo Ecclesiæ bono in multis civitatibus
idem Rex Episcopatus instituit.
755. Fidem Christi summo studio propagat R.
Alphonsus, Monasteria plurima restitu-
mabilem se præbet.
756. Ingenti omnium bonorum luctu ide-
gloriosissimus Rex extinguitur.
757. Immani fratricidio Vimaranum sive Bilm-
raum heroem forma & indole verè E-
gium & egregium, fratrem germanum tu-
lit è medio Froila, & Regnum invadit.
758. Saguntin. Regale prorsus Cænobium
struitur, ex quo ingens fructus Hispaniæ
prodijt.
759. Omaro Cordubensem Duci, ingenti cu-
exercitu fines Galliciæ infestante occi-
rit Rex Froila, & hostium quinquaginta
quatuor millia profligat.
760. Gratus Numini ut esset Rex Froila, mag-
nificum prorsus S. Juliani de Samos in G-
lecia fundat Cænobium.
761. Multa alia per Hispanias Monasteria exstrui-
untur S Michaelis de Petroso, S. Vincen-
tij de Oviedo, &c.
763. Froila fratricidij sæva conscientia, peccati
pijs operibus redimere parat, multa E-
clesijs largitur.
766. Cixila ex Monacho & Abbe Agallie
Toletanus Archipræfus, verbo & exer-
culo mirabilis existit.

- A. C.
767. Exigente vindictam temporalem de fratri-
cida Numine , Froila Rex & ipse à fratre
germano Aurelio occiditur.
768. Aurelius fraticida , post fraticidam Re-
gnum indeptus, magnis paulo post cala-
mitatibus involutus est.
769. Egimonda sive Odisenda, Froilæ & Aurelij
fratricidarum soror, Siloni Duci nubit ,
quo ipse conjugio postea Regnum inde-
ptus est.
770. In Hispanijs bellum servile exardescit , mul-
tos egregios heroës tollit , magnam Re-
gno inferens vastitatem.
772. Prudentia potius, quam armis , intestinum
servile bellum componit Rex Aurelius ,
& servos in pristinam redigit servitu-
tem.
73. Multa diruta per Hispanias Cœnobia &
templa restaurantur , & de novo exstru-
untur.
74. Moritur absq; liberis fraticida Aurelius Rex
Asturum & Legionis , cui Silo sororis
maritus succedit , qui mox S. Joannis de
Pravia Monasterium construit.
76. Silo Rex Religiosissimus Regno mirè con-
sulit,totus vires Divinas propensus.
78. Carolus Magnus plura per CataloniaMо-
nafteria condit & liberaliter dotat
79. Silo Rex Galleiam rebellantem armis com-
pescit,& ad obsequium redigit.
80. Silonis quieto animo in licentiam effusi Sar-
raceni latius grassantur , quibuscum ille
minus digne pacificatur.
81. S. Mariæ de Obona celeberrimum Cœno-
biuum

783. Silo Rex optimus, multis præclarè g
moritur, & Oveti sepelitur. Odosinda
gina cucullum rejecto diademate
plectitur, quam Maria filia paulo
imitatur.
785. Azon & Zatus Saraceni Barcinonense
Hispania Reges in Aquitaniam sese
fundunt, terrore omnia miscent.
786. Ludovicus Aquitaniæ Rex magno cum
ercitu hostes adgreditur, & in Hispania
progressus Ocam, Barcinonem alias
urbes expugnat, & Zathura Regem
privum abducit.
787. Castissime imperat Alphonsus Rex magno
omnium consensu post Silonem electus
cui tamen Mauregatus nothus insidi
struere non desinit.
788. Alphonsus Rex magno exercitu infestos
Saracenos ope Francorum profligat
sis sexaginta milibus.
789. Mauregatus Alphonsi primi ex pellice filii
Regium titulum aliquamdiu usurpat
absque hærede moritur cui Veremundus
Vimarani filius, à nonnullis subrogatus.
790. Elipandus Toletanus Archiepiscopus n
quissimus, pro virili Nestorianismum
Hispanijs propagat, à diversis Concilii
damnatus, & à S. Ætherio Oxomensi
piscopo refutatus.
791. Veremundus Rex, quod sacris aliquand
imitatus fuisse cordi habens, liberè su
in Regnum juri renunciat, & cucullum
ample

A. C.

amplexus Alphonso quietissimam relinquit provinciam.

793. Alphonsus quietem naestus varias Ecclesias extruit, & Cathedrales Ovetensem & Asturicensem fundat.

794. Bernardus Carpij Comes, ab Alphonso pro filio educatur, ejus sororis Ximenæ ex illicito concubitu filius, qui postea cum Rege res magnas gessit.

796. Sub hoc ferè tempus scelestissimi Archiepiscopi Toletani Elipandi, nulla fit amplius mentio ipso vel mortuo, vel in exilium ejecto.

797. Alphonsus Rex per Legatum Comitijs Aquisgrani celebratis, Carolum Magnum interpellat pro auxilio contra fratrem Zati Saracenorum Regis in fratrem & se injurijs.

798. Ope Caroli Alphonsus Rex in Saracenos movet, cæsisq; centum ferè millibus Ullispona & plerisq; Lusitaniæ urbibus, ac præda immensa potitur.

799. Ingentes thesauros partim Carolo dono mittit Rex Alphonsus, partim in Cænobia & Ecclesias distribuit.

800. S. Jacobo Apostolo ex memoratis spolijs Regio splendore, Compostellæ Basilicam molitur.

802. Recuperatas nuper Urbes insigniter communis reique Catholicæ plurimum consult.

804. S. Pelagij de Oviedo Virginum Cænobium struitur, in quo paulo post multæ Regis generis Virgines Numini se devovent.

Abso-

805. Absoluta incredibili acceleratione , & op
rarum frequentia Compostellana S.
cobi Basilica, præsente Rege & Princij
bus à Turpino Episcopo solemniter co
securatur.
806. Ludovicus Caroli Magni filius , in Sarac
nos profectus Navarra eosdem ejicit
dein Pamplonam expugnat.
807. Alphonsus Rex in Ordinem Divi Benedicti
propensissimus. Multa struit Cœnobio
multa restaurat & auget.
809. Aureolo Oscae Com. in Hispan. mortuo, Sa
raceni Comitat. invadunt, simulq; plure
nobiles urbes , multis millibus cæsis oc
cupant, iterum subsidio adest Rex Ludov.
810. Recipit nonnullas Urbes Ludov. Dertusam
diu, sed frustra obsidet. Moritur Abule
tius Saracenorum in Hispania Rex , inde
de successione diu depugnatum.
811. Amurazius Cæsaraugusta expugnata, æmu
lum Regno ejicit, & in fautores ejusdem
sævit.
812. Hoc anno idem veritus ne Regno denuo e
jiceretur, Ludovici Regis amicitiam am
bit, & foedere jungitur.
813. Saraceni dum Alphonsum Regem nimi
um infestant, hic implorata Cæsaris ope,
Bernardo ejus filio, cum hærede careret,
regnum offert, sed pacisci cum hoste co
actus, ægrè ferentes Gallos & omnia va
stantes, ope Saracenorum Regno ejicit.
815. Celeberrimum illud in Hispania Monast. S.
Mariæ Regalis de Yrache conditur, & Ab
bas Rector Univers. perpetuus declaratur.

Iterum

- A. C.
- 816. Iterum omnia turbant in Hispanijs Saraceni multa m^ullia Christianorum mactant, quos tamen Alphonsus Rex miss^o Bernardo Duce egregiè ulciscitur.
 - 817. Multa loca recipit Rex Alphonsus, & varijs conflictibus Sarracenos reprimit.
 - 819. Alphonso Regi ultimum hunc fuisse annum multi contendunt, plures diutius vixisse demonstrant.
 - 820. Hispanias in tanta rerum confusione mirifice illustrat, & demeretur S. Froilanus ex Abbe Morervolæ Episc. Legionens. vir maximus sanctitate, alij volunt 870.
 - 822. Nec minore sanctitate Hispaniæ consulit S. Veremundus Abbas, ad quem plurimus fit mortalium concursus.
 - 824. Moritur Alphonsus Rex Asturum & Legionis, multis magnisque prælijs clarissimus, succedente Ranimino sive Reymiro, Veremundi filio.
 - 825. Nepotianus Palati^j Comes dum collectio milite Regnum invadit, à Ranimiro statim oppressus, captus & exoculatus est. Ipso anno moritur S. Froilanus Episcop.
 - 826. Voraca Regina Ranimiri conjux Ecclesias SS. Jacobi & Salvatoris liberalissimè dota & locupletat.
 - 828. Normannis magna classe Gallæciæ littora infestantibus Ranimirus occurrit, & septuaginta captis mersisq; navibus in fugam convertit.
 - 829. Alderedi & Pincoli Comitum Palati^j conjuratione penè oppressus Ranimir^o, seditionis domitis Regno insigniter consulit.

831. Vitâ defungitur Ranimirus rex, sepultus Oveti, succedente in regnum Ordonio filio.
832. Ordonius gravi bello à Saracenis tentatus equitum 12. millia, infinitam penè multitudinem peditum profligat.
833. Victoriam prosequutus plurimas urbes expugnat & regno suo adjicit.
834. Idem rex Vascones rebelles armis cogit ad obsequium redigit.
835. Ordonius rex Cauriam & Salmanticam expugnat captis eorum regulis atque occisis. Inventum eodem anno corpus Jacobi, cui inservire Monachi Cænob Martiniani jussi sunt.
836. Prosequitur victorias Ordonius, & infinitam quasi Saracenorum multitudinem diversis locis gladio conficit.
838. Lopus Muzæ Saraceni reguli filius, Toleti olim praefectus in clientelam Ordonii concedens fidelem & insignem eidem contra gentiles suos navat operam.
839. Religioni insigniter consulit Ordonius. Fundantur & restaurantur per regnum plurima Cænobia.
841. Oveti podagra moritur, relicto magno sui desiderio rex Ordonius, cui succedit Alphonsus filius Magni nomen postea indeptus.
842. Domestica seditione vexatur Alphonsus rex, quam magno animo, nec minore prudentia componit.
843. Nordmannis ad fines usque Hispaniarum omnia infestantibus, Alphonsus rex vigilans

- A. C.
- gilantia & magnanimitate maximis, regnum tuetur.
- 845 Inquietiores Mauri diversas Hispaniarum provincias invadunt, plurimi Christiani Martyrio coronantur.
846. Strenuè obnititur Sarracenis Alphonsus rex, illis tanto acrius in Christianos saevitibus.
849. Saracenos Toletum oppugnaturos fortiter avertit, & gloriosè retundit rex Alphonsus.
850. Plures diversis locis pro Christi fide crudeliter à Mauris excarnificantur.
851. Plurium hoc anno Martyrium describit Cordubæ passorum S. Eulogius oculatus testis, quos inter S. Isaac Exceptoris aliquandiu functus officio dein Monasticen professus.
852. Ennicus Arista è Gotthorum sanguine, fundat hoc anno regna Aragoniæ & Navarræ.
853. SS. Gumesindus, Servioleus, Christophorus Leovigildus, pluresque alij apud Cordubam patiuntur.
854. Janfredus superioribus annis à Ludovico Pio Imp. Barcinonensis limitis Gubernator constitutus, rem fortiter agit contra Saracenos. Iterum plures Martyrium subiere.
855. Conimbricam, vulgo Coimbram sub hoc tempus à Saracenis obsessam liberat rex Alphonsus. S. Petrus Monachus Conversioni gentium intentus Apostolatum sanguine sacrat.

856. Inter Martyres præ cæteris illustres hoc anno in oculis Regis Cordubæ certamine subeunt SS Elias, Paulus Isidorus, Argimirus Monachi, S. Aurea Virgo, monialis.
858. Alphonsus eo redigit Toletanos Barbaros, ut magno auro trium annorum inducias emerent.
859. Claret S. Eulogius ex Abbatे Archiepiscopus, illustrissimus denique Martyr, multorum aliquamdiu solatio reservatus, qui & certamina Martyrum descripsit.
861. Ennicus cognomento Arista Gotthorum è sanguine multis triumphis celeber, qui Regna Aragonum & Navarræ Mauris eripuerat moritur.
863. Monasteria S Felicis de Auca, B M. V. de Puerto & SS. Petri & Pauli de Trubia conduntur.
866. Fortiter agit contra Mauros Garzias Ennicus Rex Arragonum & Navarræ, post parentem Ennicum imperans.
867. Alphonsus Rex subinde nactus otium Monasteria & Basilicas molitur, & benè de re Catholica meretur.
869. Idem Sublanciam ac Ceiam contra excursiones Barbarorum egregiè communict.
871. Regale Monasterium Saguntinum à barbaris vastatum splendidè restauratur.
873. Alphonsus Rex à proprijs filijs indignè exagitatur.
874. Idem S. Jacobi Basilicam quadrato struens lapide & marmoreis columnis instruens plurimum locupletat.

- A. C.
875. Janfredus Senior Comes Barcinonensis
Maurorum terror, post multa præclarè
gesta moritur.
878. Iterum à filio Garsia minus reverenter ha-
bitus Rex Alphonsus ipsum carceri in-
cludit.
880. Janfredus Junior cognomento Pilosus, pa-
tri in Gubernatione limitis Barcinonensis
succedens, strenue contra Saracenos a-
git.
882. Secundis aliquot in Saracenos expeditio-
nibus eosdem intra limites continet Rex
Alphonsus.
885. Idem cum Garsia filio reconciliatur, eum-
dem gravissimis negotijs adhibet.
886. Eadem Garsiae regnum cedit, & ad S. Jacobi
peregrinatum secedens, multa in Eccle-
siam illam, & diversa Monasteria Regali
munificentia elargitur.
887. Hoc deniq; anno Zamoræ Sexagenarius vita
defungitur Alphonsus Asturum & Le-
gionis Rex, ob insignes virtutes & victo-
rias cognomentum Magni assequutus.
888. Felicissimus ille Mons Serratus, inæstimabi-
lem illum Imaginis Marianæ thesaurum
Hispanijs totique mundo parturit sive
prodit.
889. Garsias Legionis Rex contra Arabes mo-
vens, insignem ex iisdem triumphum re-
portat, Ayala illorum Rege capto, qui
tamen non multo post custodum incuria
effugit.
90. Supremus hic annus Garsiae Legionis &
Asturum Regi fuit, Zamoræ mortuo,
Oveti

A. C.

- Oveti sepulto, cui Ordonius secundus
frater successit.
891. Moritur Garsias Ennecus Aragoniae & N
variae rex, cum sua regna contra Sarac
nos generose defendisset
892. Ordonius rex Talabricam obsidens, Ma
ros subdio urbi venientes insigni cla
profligat, simulque urbe potitur.
893. Monasterium S. Salvatoris de Valdedios e
truitur.
894. Ordonius cum regibus Cordubae, & Ti
gitano ad ripam Duriae congressus, insig
victoria de iisdem triumphat
895. In Valle Juncaria iterum cum Abderam
Cordubensem rege configens mul
utrinque cæsis, in fugam agitur.
896. Causam cladi acceptæ adscribens suis, qu
tuor Castellæ Comites, publica fide p
speciem colloquij evocatos, obtrunca
quæ causa fuit, ut Castellensi ab obsequi
regis Legionis deficerent.
897. Cladem acceptam generosius nunc ulciſ
tur, plurimis hostium cæsis & eorum op
pidis expugnatis.
898. Ordonius I I. rex Asturum & Legionis, r
bus humanis eximitur Zamoræ, inde L
gionem translatus & in Cathedrali s
pultus.
899. Froila II. fratri Ordonio succedens, annu
duntaxat imperat, insontum quorunda
cæde infamis, inglorius præterea & l
prosus extinguitur.
900. Alphonsus I V. procerum suffragijs, Froili
sufficitur filius Ordonii II. S. Salv

- A. C.
- toris de Loryela Cænobium conditur.
 - 901. Fortunius verè fortunatus Vasconum & Navarræ Rex sponte regnum abdicans in Leirenſi Cænobio Monachum profitetur.
 - 902. Fundatur Monasterium S. Vincentij de Monforte.
 - 904. Alphonsus IV. Legionis & Asturum Rex abdicato à se Regno, in Monasterio S. Facundi cucullum amplectitur.
 - 905. Restauratur denuo Regale Cænobium Saguntinum, quod aliquoties hostium furor everterat.
 - 906. Ranimirus II. Legionis & Asturum Rex post Alphonsum fratrem, Madritum Mauris eripit, & muris nudans, cum magnis thesauris & captivorum numero revertitur.
 - 908. Insigne Cænobium S. Stephani de Rivas del. Sil. in Galetia conditur in quo multi Pontifices egregij abjecta thima Numini se devoverunt.
 - 909. Dum in Gallia atque Italia quamplurima sacra loca à barbaris evertuntur in Hispanijs consurgunt S. Salvatoris de Cinis, S. Mariæ de Ferreyra & alia fidelium eximia pietate condita.
 - 911. Fundatur S. Petri de Eslonca Regni Legionensis facile princeps, item SS. Adriani & Nataliae Cænobium in eodem Regno.
 - 912. Janfredus Iunior cognomento Pilosus moritur, qui provinciam Barcinonensem strenue contra barbaros tutatus fuerat.
 - 914. Ranimirus Rex Legionis ope Fernandi Gündalvi Castellæ Comitis Arabum copias

A. C.

- prope Oxomam fudit ac fugavit.
916. Illustrissimum turbatissimo tempore Hispaniarum lumen S. Gennadius Astorger ex Abate S. Petri de Montibus Episcopus extinguitur, cum diu contra Hæses strenue desudasset.
918. Ranimirus Rex multa diversis locis Morsteria ædificans de Cathedralibus alijs Ecclesijs præclare meretur.
919. Sancius cognomento Abarca Aragoniæ Navarræ Rex bello clarissimus, Mauri Cantabriæ & Pireneorum finibus poter exturbat.
920. Albanense Cænobium conditur, vulgo Albeldense, cuius dein Abbates Episcopum munere & honore sublimati sunt.
921. Gunierus Comes Barcinonensis & Urgelensis, cum fratribus Mirone & Janfide subinde rem fortiter gerit, & Mauros agitat.
922. Insigne Monasterium B. M. V. de Sobrad in Galicia fundatur.
923. Ranimirus II. Rex Legionis Talebricam Regni Toletani obsidet, congressusque cum exercitu subdiario, Maurorum 12 millia obtruncat, septem insuper milibus captis.
924. Idem Rex, multa Monasterijs & Ecclesijs largans, vita excedit sepultus Legione, succedente in Regnum Ordonio filio.
925. Sancius Rex Aragonum sub hoc ferè tenpus Najaram expugnat & graviter Mauros vexat.
927. Idem Sancius post multa fortissima gesta

mo-

Hispaniarum.

A. C.

mortalibus eximitur, succedente **Garcia** filio. **Ordonius III.** Rex Legionis Regnū aduersus fratrem **Sancium** strenuè tutetur.

928. Idem Gallicos, prope Vlisponam congressus, acriter perdomuit, & in fugam compulit.

929. Moritur **Ordonius Zamoræ** inde Legionem translatus, & ad S. Salvatoris sepultus invadente Regnum **Ordonio IV.**

930. Vix degustavit Regni delicias **Ordonius** re & cognomine malus cum illo & vita exiuit à **Sancio Ordonij III.** fratre, qui cum fratri insidias struxerit, multo minus ferebat patruellem.

932. **Sancius** sive **Sanctius** Rex cognomento crassus, satis quiete & pacifice prae- fuit, pace cum Mauris eorumque Re-ge Abderamene inita.

933. Joanne Toletano Archiepiscopo miserè extincto, ob tyrannidem Maurorum centum quinquaginta annorum interstitium consequutum est, cum nullus porro Episcopus legeretur.

934. Memorat hoc anno triumphum de Saracenis memorabilem Ant. de Jepes, cum invocatus à Christianorum exercitu S. Æmilianus Abbas, visus cælo descendere cæsis 80. millibus Saracenorum.

935. S. Rosendus sive Rudesindus è Monacho Dumiensis Episcopus turbulentissima Hispaniarum tempora mirificè illustrat.

A. C.

937. Garsias cognomento Tremulus à tremore corporis, Aragonum Rex, minimè men tremens ab occursu hostium, Mauros multoties insigniter contundit.
938. Sancius Asturum & Legionis Rex Gallic rebellare ausos collecto insigni exercitu ad obsequium revocat.
939. Iterum fortiter contra Mauros præliatum multis milibus hinc inde interceptis trucidatis Garsias Rex Aragonum.
940. Non sine suspicione veneni extinguitur Sanctius Legionensium Rex, sepultus juxta Patrem Legione.
941. Pessimè consulitur Asturum & Legion Regnis succedente in Regna Ranimi III. Sancij Regis quinquenni filio, per quo duæ mulieres, mater nimirum pri & amita imperant.
942. Monasterium B. Joannis del Poyo in Gatica fundatur, & S. Mariæ de Cambre.
944. Admirabili vitae sanctitate Hispanias illuminant S. Hermoigius, ex Monacho Tendensium Pontifex, & S. Hermenegildus monachus, alias ab illo, qui est Martyr affectus.
946. Mauri puerile & fæmineum aspernati Imperium, rem suam passim promovent, impunè grassantur.
948. In tanta temporum obsfuscatione splendoribus sanctitatis & eruditioñis multi è diversis Cœnobij viri insignes, eosque inter Gonzales Episcopus Legionis, exsplendescunt.
950. Insolentiam Saracenorū, latius evagantem

- um nemo animosius excipit Garsia Aragonum Rege, qui omnes illorum conatus potenter exfluffat, multisque cladi bus ipsos frangit.
51. Multa passim Monasteria fundantur, sive restaurantur, S. Prudentij S. Martini de Castanneda aliaque.
53. Mulieres regnatries cum puero graviter offendunt Comites Gallæciae, qui impatientes injuriæ bellis civilibus causam præbent, & in supremum discrimen Regna adducunt.
54. Idem Comites Veremundum Ranimiri patrualem, Ordonij tertij filium ad coronam vocant, puero Regi coronam & sceptrum eripere tonati.
55. Animosior quam ferebat ætas Ranimirus 15. annos jam natus invadenti Regnum Veremundo occurrit, acriterque et si æquo Marte congressus, adeo tamen terruit ut fugeret.
56. Veremundus post unicum conflictum, iram pueri & mulierum metuens ad Almanzorem Arabum Regem se recipit, Ranimiro deinceps satis feliciter arma tractante.
59. Janfredus Urgellensis Comes multa subinde Mauris faceffit negotia, & nunc fortiter repellit, nunc ultro congreditur.
62. Garsias Tremulus Rex Aragonum & Navarræ multo Catholicorum luctu moritur.
64. Plurima passim in Hispanijs struuntur Cænobia S. Stephani de Ribas, S. Vincentij de

A. C.

- de Pombeyo, in urbe Legionensi S. Jannis. & S. Petri.
969. Ranimirus III. Asturum & Legionis R immaturè de cedit anno ætatis 25. absq[ue] liberis defunctus.
970. Veremundus ante decennium ad Arab profugus ad Regnum expetitur, pau post omnibus invisus & odiosus.
973. Admiranda vitæ sanctitate Hispanias perce lit Sanctus Comes Osoius Gutierrez fundator S. Salvatoris de Lorencana ibidem Monasticen professus
975. Delatoribus nimis faciles præbens aure Rex Veremundus Regnum haud leviter turbat. Duabus præterea suis sororibus incesto concubitu se miscuisse scribitur.
977. Nunc primum nonnulli S. Rudesindum Episcopum obijisse contendunt. Clare eximia sanctitate S. Senorina Abbatissa
978. Fundantur Monasteria S. Petri de Besalu, B M. V. de Serratex. & Monialium perillifstre de Covarruvias.
979. Infandum! Veremundus Rex nunc denique repudiata legitima conjuge Velasquita, Eluiram filiam adulterino connubio sibi sociasse memoratur.
981. Euchitur ad Compostellanæ Cathedræ sublitatem S. Petrus Monsorius Abbas Monasterij Ante-Altaria, qui magnis deinceps meritis Regnum demeretur.
982. Moritur miser & Podegricus in oppido Beriza Veremundus II. Rex Asturū & Legionis cui

- L. C.
- cui successit filius Alphonsus V.
985. Sancius cognomento Major Rex Aragonum & Navarræ Princeps generosissimus varias ex Mauris tefert victorias.
988. Idem Toleti Regem armis aggressus, per Regnum latè graffatur, multaque hostium millia contrucidat.
990. Sanctæ Mariæ de Carracedo illustrissimum Monasterium fundatur.
993. Moritur Borellus Barchinonensis & Urgelensis Comes, qui multas sæpius de Saracenis victorias retulit.
996. Sancius Rex Aragonum Cordubæ Regem armis persequitur, ipsamque Regiam Urbem Cordubam obsidens expugnat,
998. Raymundus Borellus Barchinonensis Comes patris exempla imitatus contra Saracenos multa molitur & feliciter excutitur.
1000. Alphonsus V. fœdissimo natus adulterio, Asturum & Legionis Rex Tarasiam sorem deprecantem ac renitentē Abdalæ Toletanorum Regi Sarraceno jungit, quæ ab ipso relicta fit monialis.
1003. Iterum Toletanos aggreditur Sancius Major, & quaqua versum strages frequentes edit.
1007. In evincendis Maurorum animis & ad Christiana sacra traducendis, plurimum al-laborant diversi Cænobiorum Antiftites, & ex his assumti ad cathedras Episcopales.
1010. Sancius Major Toleto potitus, magnos in ampli-

Chronologia

156

A. C.

- ampliandis Regnis suis progressus facit,
terror ipse omnium Sarracenorum.
1012. Concilium Legionense in præsentia Alde-
fonsi sive Alphonsi Reginæ & Geloiræ Re-
ginae celebratur; in quo immunitati Ec-
clesiasticæ consulitur.
1013. Monasteria S. Salvatoris de Onna & S. Se-
bastiani in Guipuzeva fundantur,
1014. Alphonsus Rex totus est in Legionensis
Urbis quam Almanzor & Habdelmalidi
eius filius destruxerant restaurazione.
1015. Idem dum incautius Viseum Portugalliae
Urbem obsidet & sine armis obambulat
sagitta in scapulis iactus occubuit, succe-
dente in Regnum filio Veremundo.
1017. Sancius Major Aragonum Rex Sarracenos
â finibus Castellæ & Aragoniæ Sarace-
nos procul amovens, cum terrori omni-
bus esset, & latè imperaret, inde dici Im-
perator voluit.
1018. Moritur Heros ille invictissimus flagellum
Sarracenorum Rex Aragonum & Na-
varræ Sancius cognomento Major, mul-
tis omnino titulis immortalis.
1019. Partiuntur inter se Regna Ejusdem Sancij
Regis filij & Reimiro quidem Aragonia,
Ferdinando Castella, ac deinceps etiam
Legio, Garciae Navarra, Sancio Vasconia
sive Sobrarbia contingit.
1020. Veremundus III. Legionis Rex atque Astu-
rum totus est, in oppidis, Monasterijs
atque Ecclesijs, quæ Barbari destruxe-
rant restaurandis atque exornandis.
1022. Colliditur graviter cum Veremundo Ferdi-
nandus

A C.

- nandus Aragonum Rex ejus sororibus ,
cum de Regnorum finibus acriter con-
tenderent.
1023. Inter illustriores Hispaniarum viros haud
minimum eminent Sanctius Pampilo-
nensis & Sampirus Asturicensis ex Mo-
nachis absolutissimis perfectissimi Epi-
scopi.
1024. Christina Veremundi Regis filia insigne S.
Salvatoris de Corneliana fundat Mona-
sterium.
1025. Exardescit in grave bellum contentio de fi-
nibus affinum Regum , cæsoque in pu-
gna Veremundo ad Carrionem fluvium,
Ferdinandus non finibus solum sedet Re-
gnis illius plenè potitur.
1028. Ferdinandum deinceps affixit sæpius Ga- si-
as frater, Navarræ Rex, & de hæreditate
contendit, quem tamen ille semper feli-
citer repressit.
1030. Berengarius Barcinone Comes haud minus
patre & suis majoribus nomen herois tu-
etur, & Mauris acriter resistit.
1032. Plura per Hispanias Cænobia conduntur S.
Joannis de Corias S. Salvatoris de Chan-
ta da, aliaq; de quibus Jepesius.
1035. Supremus hic annus Berengario fuit Barci-
nonensi Comiti cui filius Raymundus
Berengarius successit.
1038. Ferdinandus Rex opera in primis Roderici
Vivarij cognomento Cydi Herois invi-
ctissimi Mauros egregiè excogitat, mul-
tasque urbes & oppida expugnat.
1039. Multi & egregiij ex Monastico Ordine viri

A. C.

- in Hispanijs celebrantur Garsias Arragonensis, Froillanus & Arrianus de Oviedo, Cyprianus Legionensis alijque lectissimi Pontifices.
1041. Plura iterum per Hispanias Cœnobia ædificantur.
1044. Raymundus Berengarius latè fines propagat, Gerundensem Comitatum multaque alia Mauris eripiens.
1047. Insigne Cœnوبium S. Zoili exædificatur; radijs Sanctitatis Hispanias illustrat S. Felix de Carrion Monachus Alcalensis.
1050. Concilium Coyacense, in Dioceſi Ovetensi celebratur pro reformatis Ecclesiæ moribus, agente maxima Ferdinando Rege & Sancia Regina.
1052. Fundatur S. Mariæ la Real, in civitate Nájara, cuius splendor à Jepesio prolixè describitur.
1054. Ferdinandus Rex fines Regnum cæteroque amplos, amplius producit, multasque à Saracenis refert victorias, inde cognomentum magni fortitus.
1056. Celebratur Concilium Compostellanum ad disciplinam Ecclesiasticam restaurandam, præidente Cresconio Archiep. Compost.
1057. Unifredus Tancredi Duci Normanniæ filius Rex Siciliæ moritur.
1058. Mortuo Sancio Sobrarborum Rege cum Vascones Ranimiro Navarræ Regis tutelæ se committerent, hic à Ferdinando Rege fratre per insidias obtruncatur. Cathedram Barcinone Ecclesiam fundat, Raymundus Berengarius loci Princeps.

Con-

A. C.

1060. Concilium Jaccitanum novem Episcoporum celebratur præsidente eidem Austindo Archiepisco Auxitano.
1062. Fundatur S. Joannis de Penna, ex quo plerique Aragoniæ Episcopi postulati. Eodem Anno Concilium Arragonense apud S. Joannem Rupensem celebratur quo id ipsum sanctum est, ne aliunde nisi ex prædicto Cænobio Regni Arragonum Episcopi assumerentur.
1063. Sanctitatis splendoribus Hispanias illustrant SS. Alvitus Legionensis, S. Ordonius Asturicensis Episcopi, & Dominicus de Silos & Garsias de Arlanza Abbates, omnes Ordinis S. P. Benedicti.
1064. Concilium Barcinonense celebratur in quo Leges Gotthicæ abrogatae sunt, & Cadalous Pseudopapa damnatus.
1065. Ferdinandus Magnus Rex Legionis Castellæ & Aragonum cum potiorem Lusitanicæ partem Regnis adjectis let moritur, Legione ad S. Isidori inhumatur.
1066. Sancius Ferdinandi major filius, cum ex Testamento patris Castellæ Regnum ipsi obtingeret, divisionis impatiens cum fratribus graviter colliditur.
1067. Idem fratrem suum Garsiam Gallæciæ & Portugalliaæ Regem opprimat & vita cum Regno exuit.
1068. Alphonsus Legionis & Asturum Rex fratris Garsiarum cæde territus, Sancij crudelitatem expavescens, armis præterea & milite impar, ad Regem Maurorū Toletū profugit.
1070. Hispaniarum ornamentum æternum S. Enrico

- neco sive Ignatius Abbas claret, à quo ille Magnus PP. Societ. Author nomen meruit.
1071. Sanctius sive Sancius Rex Aragonum magna adversus Mauros prælia gerit, quibus etiam multas urbes & oppida adimit, multis millibus subinde profligatis.
1073. Raymund⁹ Berengarius incertum quo anno singulos, duodecim tamen Reges Maorum, hoc jam anno tributarios habuit, pridem gloriose triumphatos.
1075. Petrus de Roda Episcopus Pampilonensis ex monacho Toimerensi clarus habetur. Fundatur S. Petri de las Duenas.
1076. Raymundus Berengarius Barcinonæ Princeps tot Regum domitor summo Christianorum luetu moritur.
1077. Plurima rursum Cænobia conduntur S. Antonini de Toques S. Torquati de Yreftosa, S. Mariae de Seros &c.
1078. Sisebutus Abbas admirandis meritis & sanctitate vitae celebratur.
1079. Sanctius II. Castellæ Rex Legionis Asturum, Galleciæ & Poitugalliaæ tyrannus & fraticida à Vellido proditore per fraudem occiditur, succedente Alphonso quem expulerat fratre.
1080. Lunam, Stellam, Aierbam novas è fundamentis exstruit civitates Sanctius Aragonum Rex, multaque adversus Sarracenos strenue molitur.
1081. Raymundus Berengarius alter, prioris filius, Caput stupæ appellatus, patris gloriam æmulando imitatus, multa egregia contra

A. C.

- contra Mauros suscipit.
1072. Magna audentem mors indigna excipit, quam Berengarius Raymundus frater germanus intulit, cui Raymundus Berengarius tertius successit.
1083. Expugnato longa obsidione Toleto, Alphonso Legionis Capellæ & Asturum Rex, Archiepiscopalem Cathedram 150. annis vacantem restituit, & S. Bernardum Abbatem SS Facundi & Primitivi Metropolitanum instituit, virum incomparabilem meritorum.
1085. Monasterium S. Salvatoris de Pennafiel, S. Victoris de Marsella, S. Dominici de Silos aliaque plura exstruuntur.
1088. Raymundus Berengarius III. Barcinonæ Princeps Mauros acriter persequitur Majoricam insulam ijsdem adimit.
1089. Sub hoc tempus Alphonsus Rex dum Saracenis è Carthagine omnia populantibus filium Sanctum cum 7. comitibus opponit, illum cum omni exercitu amittit.
1091. S. Joannis de Burgos conditur, cuius primus Abbas S. Adelelmus Regnum insigniter demeretur.
094. Sanctius Aragonum & Navarræ Rex in expugnatione Oscæ civitatis à Mauro quodam sagitta ictus occubuit.
1095. Uinciscitur egregiè mortem Sancij Patris Petrus fili⁹ & in Regno successor, qui Oscam vi expugnat, & Almozabenum Regem prohibere conatum in fugam agit, captio Garcia Castellæ Regis fratre, qui Saracenis

A. C.

- cenis auxilio venerat,
1096. Compostellana Ecclesia ab Urbano II. Archiepiscopali dignitate ornatur, eique primus Archiepiscopus Dalmachius Monachus Cluniacensis Cœnobij imponitur, vir eo gradu dignissimus.
1098. Raymundus Berengarius eo nomine III. Princeps Barninonensis contra Saracenos feliciter Christianum rem promovet, aliaque inter præclarè gesta, Majoricam insulam expugnat & adimit.
1100. Admirandis & maximis meritis Hispanias demeretur Beatus Bernardus Toletanus Archiepiscopus, vir verè Apostolicus, multorum conversione & miraculorum gloria illustrissimus.
1103. Reimirum sive Ranimirum Sancij Garciae filium, ex Veteri Aragonum stirpe volunt nonnulli nomine tenus titulum Regis Navarræ usurpasse, etsi filius dein reapsè obtinuerit.
1106. Morietur hoc anno, etsi nonnulli velint 1108. Alphonsus VI. Legionis & Castellæ Rex absque masculo hærede.
1107. Succedii in Alphonsi Legionense & Castellense Regnum, Alphonsus postea Rex Aragonum, ob Vracam conjugem de mortui Regis filiam & hæredem. Henrico Lotharingo ob alteram filiam Tyram ipsi nuptam, & res fortiter gestas cedit Portugallia.
1108. Supremus hic annus est Petro Aragonum Regi, cui frater Alphonsus succedit, Uracæ modo dictæ maritus trium Regnum

A. C.

- rum nunc Dominus.
1110. In Portugalliae Regno ampliando strenuerem gerit Henricus Dux, & Regio titulo abstinenſ, Regij animi memoranda edit facinora.
1112. Nec minus memoranda contra Saracenos agit Alphonsus Rex Legionis & Aragonum, à multis & magnis victorijs celebrat².
1115. Multa iterum p̄eclarē gerit contra Mauros Raymundus Berengarius Barcinonæ Princeps s̄epius fugatis illis & profligatis.
1117. Cæſar augustam, Tuderam, Darocam, Bilbilim nunc Calatajud dictam Boriam, aliasque urbes Sarracenis eripit, multis millibus trucidatis Rex Legionis & Aragonum Alphonsus.
1118. Insignia rursum edit facinora Raymundus Berengarius eo nomine tertius, eo denique Dertosæ, Ilerdæ & Valentia Re ges redigit, ut ipsi tributarij fierent, & magnam vim auri & argenti penderent.
1120. S. Joannis de Tarouca celeberrimum in Portugallia Cænobium fundatur. Splendoribus sanctitatis idem Regnum mirificè illustrat S. Joannes Cyrita Monachus.
1121. Alphonsus ex subinde ab armis nactus otium, ad gravia prolapsus scelera, multas nihilominus Urbes condit, Soriam, Almazanum, Berlangam &c. æterna noninis sui monumenta.
1124. Cluniacensium Ascetarum lectissimas colonias in Hispanias magno cum fructu Regno-

- Regnorum mittit S. Petrus Abbas cognomento Venerabilis, quod ipsum faciun Cisterciens̄es.
1126. Alphonsus Rex Sacrilegijs egregia facinor commaculans, ulciscente Numine dum Fragam oppugnat, occisus repente, nec vivus nec mortuus comparuit.
1128. De morte Sanctissimi Abbatis & Archiepiscopi Toletani S. Bernardi multum discrepant Authores, Jepesius hoc anno Raymundum similiter monachum ejus successorem celebrat.
1130. Saracenos insigni clade triumphat Ranimirus, pessimi Regis Alphonſi, successor optimus, Monachus nuper Tomeriensis, ad preces Regnorum instantissimas, à Rom. Pont. sceptrum assumere coactus
1131. Berengarius Barcinonæ Princeps, Maurorum debellator fortissimus, vitam mortalem deserit, succedente Raymundo Berengario IV. qui postea Rex Aragonum fuit.
1133. Ranimirus Rex Legionis & Aragonum, veritus à sui contemptu, quod vulgo Monachus diceretur, magnum Regno malum, de nonnullis contemptus compertis in Comitijs supplicium sumit.
1137. Regale Cænobium B. M. V. de Ossera in Gallitia construitur, sed Monasterium Vallis Paradysi ab Alfonso Rege fundatur.
1139. Memorabiles res agit contra Mauros in Portugallia Alphonsus Henrici primi Regni ejusdem Principis filius.

- A. C.
1140. Berinsigne illud Monasterium D. M. Virg.
de Fitero in Regno Navarræ conditur.
1143. Monasterium S. Petri de la Espina à Sancia
fratre Alphonsi Regis fundatur & splen-
dide ornatur.
144. Henricus Dux Portugalliae primus Alphon-
si Regis parens moritur, etiam à morte
ob præclarè gesta immortalis. Monaste-
rium B. M. V. de Valbuena, & B. M. V.
Hortense construuntur.
1146. Raymundus Berengarius IV. Petronella
filia unica Ranimiri Regis ducta Regno
potitus Arragoniæ mirifica in Saracenos
audet. Ranimirus cum Regno præclare
consuluissest, ad Monasterium regreditur,
& vitam Religiosissime traducit.
148. Raymundus nunc dictus insigni felicitate
Saracenos triumphat pridie Cal. Januar.
Dertosam urbem munitissimam expu-
gnat.
1149. Idem Generosissimus heros Ilerdam & Fra-
gam, victis atque decisis earum Regibus
occupat.
1150. Creatur Turiasonenensis Episcopus Berenga-
rius Raymundi ejusdem filius, Mono-
chus & Abbas Montaragonis.
1153. Moritur Mellifluus Doctor S. Bernardus
Abbas Clarævallensis de Regnis Hispa-
niarum longe meritissimus, de Alfonso
in primis Portugalliae Rege, cui multa
beneficia contulit, & mira prædixit.
1154. Raymundus Berengarius Aragonum Rex
Barcionensi Principatu & Arragoniæ fi-
nibus Mauros omnino exterminat.

A. C.

1156. Ordo Equester Militum de Alcantara sub Regula S. B. Benedicti institutus, magnis meritis Christianam rem contra Mauros promovet.
1158. Sed & Calatravæ Equitum sub eadem Regula utilissimum Hispanijs institutum hoc anno à Jepesio celebratur.
1159. Alphonsus Legionis & Castellæ Rex, Antecessores omnes potentia antegressus, & qui inde Imperator voluit, in réditu ab expeditione Jerosolymitana apud Bajezam moritur. Succedit.
1160. Sanctius eo nomine III. cognomine Desideratus & vix annum præest, ab Arabibus, qui Mauris venerant occisus Princeps incomparabilis. Delicium humani generis merito suo celebrandus.
1161. Dispar ingenio ejusdem frater, Ferdinandus II. Rex Legionis, crudeliter imperans, etiam nepotis ex fratre Alphonsi IIX. Regnum tanquam per ætatem minus apti affectat. Sed Tutores puerum insigniter ab injuria patrui tuentur.
1162. Raymundus Berengarius Aragonum Rex moritur, Terror Maurorum Princeps felicissimus idemque religiosissimus, qui ad trecenta Monasteria atque Ecclesiæ condidisse memoratur. Monachum in Cænobio Alcobatiæ profitetur Petrus Alphonsi Portugall. Regis frater.
1163. Equestris Ordinis ab Avis sub Regula Divi Benedicti initia felicissimique adversus Saracenos progressus celebrantur.
1165. Ingentem Sanctorum copiam bono Hispania-

- C.
- niarum in diversa Regna & provincias
emittunt, in numerosque Christo lucran-
tur, Sacrae Divi Benedicti Congregatio-
nes Cluniacensis & Cisterciensis.
1167. Alphonsus eo nomine secundus Aragonum
Rex, patri Berengario non tam in Regno
quam virtutibus succedens, multa præ-
clara feliciter contra Saracenos susci-
pit.
1170. Berengarius Alphonsi Regis modo dicti
frater ex Abbe Montaragonis, Turia-
sonensis Episcopus, nunc Ilerdensi Ca-
thedrae imponitur.
1173. Alphonsus I. Portugalliae Rex Religiosissi-
mus, Abrahami in DEUM confidentia,
parva subinde militum manu, magnos
hostium aggreditur exercitus, & facile
poterit.
1175. Alter Alphonsus Arragonorum Rex non
minus sedulus in profligandis Christia-
næ fidei hostibus, regno & patriæ multis
modis consulit.
1178. Ferdinandus Legionis Rex, gravis suis non
minus quam exteris Alphonsum et si so-
cerum Portugalliae Regem gravibus ta-
men molestijs afficit, bello denique ca-
ptum, non multo post certis conditioni-
bus dimittit.
1180. Alphonsus II. Rex Aragonum Turolium
civitatem & Russilionem (Perpinianum
hodie vocant) restaurat, & contra Sarra-
cenorum incursiones communit.
1183. Alphonsus eo nomine octavus Castellæ Rex
patris vindicaturus necē aduersus Arabes
movet,

A. C.

- movet, quos gravibus deinceps cladibus affecit.
1185. Alphonsus Portugalliae Rex, cum memorabiles nec non prodigiosas sæpius victorias ex hostibus Christi retulisset à pietate non minus quam fortitudine laudatus moritur.
1188. Sanctius post patrem Alphonsum Portugalliae imperans haud impari magnanimitate Mauros infectatur, & hoc ipso tempore aliquot conflictibus de ijsdem triumphat.
1190. Moritur haud magno suorum luctu Ferdinandus Legionis Rex, inhumatus Beneventi, cui Alphonsus IX. filius successit.
1193. Alphonsus IIX. Castellæ Rex non à magnanimitate solum & felicitate celebratur, sed à pietate cæterisque virtutibus Boni cognomentum meruit.
1195. Petrus Alphonsi Portugalliae Regis frater, Alcobaziæ Monachus, æternum Regij generis decus, insigni vitæ sanctitate effulget.
1196. Vita excedit Alphonsus II. Rex Aragonum, alia inter præclara opera fundator celeberrimi Monasterij Populetani in quo etiam sepulturam elegit, succedit Petrus filius.
1198. Iterum rem strenue gerit contra Arabes Alphonsus IIX. cognomento Bonus Castellæ Rex aliquot millibus interfectis.
1199. Petrus II. Arragonum Rex pro consecratione Romam proficiscitur, impetratq; ab Innocentio III. ut sui successores de in

Cæsar

- Cæsar augustæ ab Archiepiscopo Tarro-
conensi consecrantur.
1200. Magnum illud Prædicatorij Ordinis Sydus
S. Dominicus de Gusman Hispanias &
orbem fama sanctitatis implet & resu-
scitat.
1203. Sanctius Rex Portugalliae Mauris multas
clades infert, aliaque inter loca Sylvam
nobilem civitatem expugnat.
1207. Moritur B. Didacus Oxomensis è Monacho
Episcopus, Hæreticorum malleus, incre-
dibiles pro Ecclesia DEI labores perpes-
sus, idem Ordinis Dominicani promo-
tor præcipuus.
1210. Ad præmia æternitatis transit, S. Martinus
è Monacho Seguntinus Episcopus, cuius
precibus memorabiles è Sarracenis ab
Alphonso Rege alijsque Ducibus trium-
phi relati sunt.
1211. Sanctius Portugalliae Rex post multa forti-
ter & gloriose gesta, multa loca recepta
fundata & munita, vita defungitur.
1213. Petrus II. Arragonum Rex contra Simonem
Montfortium in Gallia pugnans, jam vi-
ctor fugientes insequitur, longius à suis
progressus ab hostibus circumvenitur &
occiditur.
1214. Vitam mortalem deserit Alphonsus IIX. co-
gnomento Bonus multis victorijs ad-
versus Saracenos gloriosissimus, quo-
rum uno quandoq; prælio ducenta mil-
lia mactavit, succedit Henricus filius.
1215. Rodericus Ximenius Archiepisc. Toletanus
celebratur, qui cum Concilio Lateranensi
inter-

A. C.

- interesset, pro concione omnibus pen
linguis, dixit.
1216. Incredibili totius Regni luctu Henricus I.
Castellæ Rex, Palentia inter lubendum,
ictu tegula è tecto labentis repente ex
tinguitur. Eodem anno Alphonsus IX.
Legionis, ac dein Castellæ paucis mensi
bus post Henrici nunc primum memo
rati obitum Rex vitâ excedit.
1218. Jacobus Aragonum Rex ad magna natus
magnis animo & viribus Mauros aggref
sus, multa millia trucidavit, ab egregijs
dein facinoribus & successu felici, For
tunatus dictus.
1221. Magnum revera Hispaniarum totiusque
Ecclesiæ sydus Sanctus Dominicus, nov^o
Ordinis institutor sanctissimus extingui
tur.
1223. Alphonsus II. Rex Lusitaniae, rebus gestis
clarissimus, Alchazare cum alijs castris
occupato, mortalibus valedicit, succe
dente Sancio filio & annos 26. imperante.
1227. Ferdinandus III. Legionis & Castellæ Rex,
omnium quotquot ante ipsum fuere Hi
spaniae Regum felicissimus & potentissi
mus, totum se convertit ad excidium
Sarracenorum.
1229. Jacobus Arragonum Rex Majoricam Me
tropolim Balearium insigni fortuna ex
pugnat, & mox tota insula potitur.
1230. Ordo Montesiae Equitum sub Regula Divi
Benedicti, haud ita pr. dem institutus plu
rimum prodest Hispaniarum Regnis à
tyrannide barbarorum liberandis.

Ferdi-

1. C.
1233. Ferdinandus Infans Portugalliae Sancti Regis filius, rebus gestis contra Galliae Regem clarissimus ante patrem moritur.
1235. Ferdinandus Castellae & Legionis Rex Hispaniae ac Vandalia expugnatis, Maurorum terror est, & excidium.
1231. Jacobus Rex Aragonum, memorabili felicitate Valentiæ atque Murciæ Regnis, profligatio hostium exercitu potitur.
240. Berengaria filia Ferdinandi Castellæ Legionis Regis stupente Regno, abjecta purpure Ordinem Divi Benedicti in Monasterio Olgis profitetur.
1243. Moritur S. Bernardus Vicensis ex monacho SS. Crucium Episcopus felicissimus Maurorum triumphator, quos omnes è Regno Valentiæ profligavit, triumphum insigni prodigo commendante cum ad ejus reditum omnes urbis campanæ sponte consonarent.
1245. Moritur Rodericus Ximenius Archiepiscopus Toletanus, primus Castellæ Cancellerius, qui Hispaniae Historiam latinè scripsit.
- 147 Floret mirifice in Hispanijs Monasterium B. M. V. Hortense, qui nuper mortuus Beatæ memoriae Franciscus Ximenius suam Bibliothecam legavit, & cum Monachis ibidem sepeliri voluit.
49. Regno & vitae mortali, valedicit Sanctius II. Rex Portugalliae, sub cuius imperio Christianis Jurmenia, Helvis, Serpia & multa alia castra, accessere.

A. C.

1250. Memorabili exemplo Petrus Ferdinandus III. Regis Legionis filius ex Monacho & Abbe Vallis Oleti, Archiepiscopus Toletanus, dispensatione Papæ sacerdotio abdicato, Christina Daciae Regis filia ducta, Dux Alvæ &c. renunciatur.
1252. Ferdinandus III. Rex Leg. & Cast. Mauris universis in angulum Beticæ provinciam conclusis gloriosissimus moritur, succedente Alphonso filio, qui postea electus fuit Rom. Imperator.
1253. Praeclarissime de Regno Aragonum meretur Ven. Andreas Populeti Abbas, Rego Jacobo ad meliorem frugem revocato.
1255. Sanctius Ferdinandi III. Regis filius Archiepiscopus Toletanus à Mauris occiditur, dum in prælio fortiter contra eosdem pugnat.
1257. Alphonsus X. Castellæ & Legionis Rex, à Germanis diversas in factiones scissis S. R. I. Imperator salutatur.
1260. Jacobus Aragonum Rex jam vere Religiosus alia inter præclare gesta, insigni merito Ordinem B.M. V. de Redemptione captivorum instituit, quo multa millia captivorum vinculis exempta sunt.
1262. Attonitis super re tantæ novitatis Portugaliæ populis Blanca Alphonsi III. Regis filia, omnes delicias & honores avertsata cucullum in Monasterio Olgis amplectitur, deinceps electa Abbatissæ.
1263. Alphonsus X. Rex eruditissimus, idemque Imperator Rom. Leges Hispaniarum in septem digestæ volumina, edidit præterea

Orbis

- A. C.
- Orbis Historiam, quam Hispani vocant Generalem.
1266. Insignis Ecclesiæ Catholicæ columna Jo-
annes de Toledo ex Monacho S. R. E.
Cardinalis claret, à maximis meritis cele-
bratus.
1267. Ordinum Equestrium de Calatrava, Alcan-
tara, Avis, Montesia &c. incomparabilia
merita, infidelium innumera penè multi-
tudine ab ijsdem cæsa & profligata.
1268. Extrema tentantes Mauri, dum undiq; per-
urgerentur dum Alphonsi X. tanquam
litteris occupationis, regna impunè per-
vadere intendunt, ab eodem grandi cum
cæde repelluntur.
1270. Idem Alphonsus Matheseos præcipuus re-
stitor, numerorum & cæli motuum,
scientiam, è tenebris revocat.
1272. Idem diffidens Germanorum in se affectui,
sponte Kal. Octobr. Romano & Germa-
niæ Imperio & Regno renunciat.
1275. Sanctius Jacobi Aragon. Regis filius dum
contra Sarracenos fortiter agit, & licet
Archiepiscop. Toletanus prælia Domini
pugnat gloriösè occumbit.
1276. Memorabili prorsus solidè conversi animi,
& à caducis aversi arguento Jacobus
Aragonum Rex gloriissimus, Regno
renunciat, & cucullum amplex⁹ post tot
gentium victorias de seipso triumphat,
non multo post religiosissimè defunctus.
1277. Alphonsus X. Eximperator, magnis benefi-
cijs & Imperatoria liberalitate Regnum
non solum suum, sed & exterios demere-

A. C.

- tur , aliaque inter Bizantium Imp. caput ab Ægypto Sulthano redimit.
- 1279 Alphonsus III. rex Portugalie , multis exercitiis celeber mortalitatem exuit , cuius successor Dionysius filius succedit.
- 1280 Petrus III. Aragonie & Valentiae rex , idem per mortem socii Manfredi Siciliae rex , idem adversus Carolum Andegavensem strenue tueretur.
- 1284 Hispali ob rebellantes proceres ex animo dolore moritur Alphonsus X. Legionum & Castellae rex , olim Rom. Imp. & Germaniae rex , cui sufficitur filius Sanctius IV.
- 1285 Insignem de Petro Aragonio , Siciliae regis triumphum refert Philippus Francus.
- 1286 Petrus III. Aragonie , Valentiae & Siciliae rex , apud Villam Francam oppidum Comitatus Barcinonensis , vita excedit succedentibus in regno Aragonie & Valentiae Alphonso III. in regno Siciliae Jacobo.
- 1289 Cum Mauris saepius felicissime congregreditur Sanctius IV. rex Legion. & Castellae , quibus Tarifam , olim Carteiam dictam , multaque alia oppida & munitiones eripit.
- 1290 Alphonsus III. rex Arragonum cognomento Largus Jacobum patrum Gallicas partes adversus fratrem germanum sequutum Majoricarum Regno privavit , Minoricas Mauris eripuit.
- 1291 In componendis regum Galliae & Hispaniae discordijs plurimum laborat

Nico-

A. C.

- Nicolaus I V. Pontifex Maximus.
1292. Alphonsus III. Arragonum Rex immatûre admodum anno ætatis 27. rebus gestis jam celeber moritur, succeedente Jacobo fratre.
1293. Demeretur insigniter S Francisci Institutum Sancia Sancij Portugalliae regis filia, Alphonsi soror, monialis Cellensis, cuius opera præstantissimus Ordo primum regno introducitur.
1295. Sanctius I V. Legionis & Castellæ Rex, post superatum Fezæ seu Fessæ Regem Mahometum, vita defungitur, anno regni undecimo, cui Ferdinandus IV. filius novennis sufficitur.
297. Alphonsus de la Cerda, Ferdinandi Infantis filius nepos Alphonsi decimi, Ferdinandi pueri regnum invadens, & titulum regis usurpans, opera mariæ Reginæ viduæ, & prudentia repellitur.
299. Iterum puero Regi insidias struant, regno inhiant diversi reges Navarræ in primis atque Arragoniæ, quibus omnibus per Legatos gnaviter regina mater occurrit, & armis & consilio.
300. Dionysius Portugalliae Rex, magnificus admodum extitit, & liberalis in exteris, in subditos benevolus, felicia quoque tempora meruit, agricolas nervum reipublicæ solitus appellare.
1302. In mauros movent aliquoties & multoties feliciter eos atterunt Calatravæ, & Alcantaræ Equites, hisce præst hoc

A. C.

- tempore F. Consalvus Peresius, Petri Fernandi Equiti Gallitij filius.
1306. Templarij Ordinis potentissimi Equites, sive odio, sive invidia, sive spe magni ex illorum opibus proventus, apud Reges & Rom. Pontificem pessimè traducuntur.
1308. Zeliam atque alia plura munitissima loca Sarracenis eripit & Regno suo adjicit Ferdinandus IV. Rex Legion. & Castellæ.
1309. Alphonsus Infans Arragoniæ, Regis Jacobi filius, bello clarissimus, viatorijs felicissimus, Sardiniani expugnatam patris imperio subjicit.
1310. Ferdinandus I V. Leg. & Cast. Rex dum nobiles duos è familia Carvali sola perduellionis suspicione, ex altissima turri præcipitari jubet, ab his ad DEI tribunal citatus, dicto die 30. vadimonij repente moritur.
1311. Memorabili & miseranda in primis strage, Templariorum Ordo repente extinguitur multique insontes per crudelia tormenta, cum odio multorum, tum spe prodendorum thesaurorum interimuntur.
1314. Gonsalvo Alcantaræ Ordinis supremo Magistro extincto, cum opibus aucti Equites, otio insuper, Mauris majorem partem domitis torperent, pessima vitæ exempla pro optimis successere.
1317. Recentior Montesiæ Equitum Ordo, ferventior DEI potius quam sua lucra quænit,

A. C.

rit, sub Magisterio Jacobi Infantis Aragoniæ, cui cum despontata esset Leonora Alphonsi Castellæ Regis filia, eâ intacta relicta, nomen sacræ huic militiae dedit, & utilissimè præfuit.

1319. Dionysius Rex Portugalliae, ne in usus prophanos Templariorum bona converterentur, Ordinem novum, Militum JESU Christi instituit, & egregijs legibus juxta Regulam S. Benedicti instruit.
1320. Huic Ordini adscribi, cum adscribi generosissimi quique vellent, dum in illo rigor pene Carthusianus ferveret, adeo deinceps idem opibus crevit, ut 389. Praefecturas seu Commendas numeraret.
1322. Concilium Sabinense apud Vallisoletum Palentinæ Dioceseos locum celebratur, quo Ecclesiasticæ disciplinæ consultiuntur.
1324. Iterum aliud Concilium, Toleti celebratur, præsidente eidem Joanne Archiepiscopo Toletano, Patriarcha Alexandrino Infante Aragonio Jacobi Regis filio.
1325. Moritur Dionysius Rex Portugalliae lectissimus 44. oppidorum cum conditorum restaurator, cui Alphonsus IV. filius succedit.
1326. Exemplo admirandæ Virtutis Regnum universum percellit, accenditque B. Maria Dionysij Regis filia, monialis de Odivelas.
1327. Jacobus II. Aragonum & Siciliæ Rex Barcinone Vita & Regno excedit, cui Alphon-

A. C.

- phonſus I V. cognomento Benignus e
jusdem filius ſufficitur.
1328. Sequitur fratrem Jacobum Fridericus Sici
liæ Rex, quo cum aliquandiu Jacobu
pro regno acriter concertavit, cui Petrus
filius apud Siculos ſuccedit.
1330. Eximie exſplendefcit è cucullo Isabella Ca
roli Valesij designati Aragonum & Va
lentinorum Regis filia, monaſt. cem in
Cænobio Fonteveralliorum professa.
1333. Strenuè in Arragonia agunt raymundus
Berengarius Prætenſium, & Petrus Em
puriarum Comites Jacobi Aragonum
Regis filij, Alphonsi fratres, hostibus for
midandi.
1336. Alphonsus I V. Aragonum Rex Barcino
næ extinguitur Petro filio ſceptra fuſci
piente, quem nonnulli cognominarunt
Cæremoniosum.
1339. Concilium Toleti congregatur sub Ægidio
Archiepiscopo Toletano, pro reformati
onibus Ecclesiæ moribus. Benedictus XII.
Papa exercitum contra Reges Marochio
rum & Granatæ mittit & miraculosiſſi
ma victoria ad 40000. hostium cedit
& capit.
1340. Ferdinandum fratrem, Regno insidiantem
Petrus Aragonum rex occidit, ei que fa
ventes ſecuri adjudicat.
1341. Alphonsus XI. Rex Leg. & Caſt. Granatæ
Regem aliosque Mauros Principes ma
gna clade profligat, & Alcalam recipit.
1342. Idem Gundifalyum Martini ſummu[m] Magi
ſtrum

A. C.

- strum de Calatrava, & Joannem Alphonsi
de Haro optime de se meritos, leyi de
causa inhumaniter occidit.
1343. Alphonsus I V. Lusitanæ Rex contra Sar-
cenos multis velitationibus feliciter pu-
gnans, multa oppida & castra expu-
gnat.
1344. Alphonsus XI. Legionis Rex in Arabas con-
versus post acerimos conflictus & diu-
turnam obsidionem Algezinam expu-
gnat.
1347. Iterum Concilium Toleti cogitur præsi-
dente Ægidio Archiepiscopo, contra Sy-
moniam, & pro Ecclesiastica immuni-
tate.
1348. Moritur sub hoc tempore Frater Jacobus, Ja-
cobi Arragon Regis filius supremus Ma-
gister Ord. Montesiae, post egregia faci-
nora in hostes fidei designata, multis
multorum lachrymis deploratus.
1350. Alphonsus XI Leg. & Cast. rex, in obsidio-
ne Castri Zibatar pestilentie lue correptus
extinguitur. Guilelmus de Agrifolio Mo-
nachus Cluniacensis, renunciatur Archi-
episcopus Cæsaraugustanus.
1352. Petrus Legionis & Castellæ Rex inaugura-
tus, non ea qua Nero modestia initia sta-
tim Principatus, infami crudelitate cor-
rumpit, & fratres suos Fridericum, Pe-
trum, ac Didacum innocentes prorsus
immaniter obtruncavit.
1353. Henricus Transtameræ Comes Petri fratri,
crudelitatem fugiens cum reliquis fratri-
bus Tellio & Sanctio ad Aragonum

A. C.

- Regem profugiens, illic de fraticida pl.
etendo diu multumq; deliberavit.
1354. Petrus Legionis Rex omni fera crudelie
Biancam propriam conjugem Petri Boni-
bonij Ducis filiam, quod salutaria for-
monuisset immaniter obtruncat
1355. Iterum Toleti Concilium celebratur Praesi-
dente Blasio Archiepiscopo, & Primate
Toletano. Lutetiam Parisiorum capti-
vus abripitur Carolus Rex Navarræ, dum
ad mensam securus consideret.
1357. Alphonsus I V. Lusitaniae Rex vitæ mortali-
& Regno valedicit, Princeps sempiterna
laude dignissimus, cui Petrus succedit fi-
lius, ita ut tres jam Petri in Hispanijs, et si
vita dissimillimi imperarent. Ipso anno
Petrus Crudelis, Petrum Aragonium gra-
vi bello petit, quod fratrem ejus Hen-
ricum, quem ipse maestatum cuperet, fo-
veret.
1358. Pergunt duo Petri Castellanus & Arrago-
nius acriter configere, hoc non semel
triumphante, & Crudelem illum fortiter
retundente.
1359. Laborat plurimum, sed frustra in reconci-
liandis Hisp. Regibus Innocentius VI.
pergit furere Crudelis Petrus, nec parcit
furentem insigniter contundere Cære-
moniosus, & in fugam agere.
1360. Petrus Crudelis Ruberum Granatae Regem,
exulem & hospitem sola spe thesauro-
rum, humano Divinoq; Jure posthabito
crudeliter maestat.

Semper

A. C.

1361. Semper crudelior Petrus dum Principes Regni aut securi subjicit, aut in exilium pellit, accensus in spem Regni Henricus frater, ipsum ope Arragonis & Gallorum Regno pellit, & Rex salutatur.
1362. Ope Anglorum Regnum recuperat Petrus pulso fratre Henrico, suique nunquam dissimilis in suspectos sibi fæde grassatur.
1363. Dum Henricus atque Arragonius in Crudelem accensi, & hic ceu furijs actus in utrumque vim parat B. Urbanus V. Papa mira industria, magna precum contentione ipsos reconciliat.
1365. Petrus Rex Portugallæ litium osor, quietis publicæ promotor, Procuratores omnes, & Caufidicos Regno exigit, ipse patrem patriæ universis se exhibens, etsi acerri-
mum scelerum vindicem.
1366. Petrus Arragonius in Sardiniam rebellantem movens, compositis rebus, Genuenses ad quos Sardi defecerant, multis clá-
dibus atterit.
1367. Ingenti Regni mœrore extinguitur Petrus Lusitaniae Rex, solitus dicere: indignum Regio nomine, quo die nulli benefec-
rit, successit filius Ferdinandus.
1369. Crudelissima bestia Petrus Castellæ Rex, dum fratri malum seu mortem intentat, ab hoc ope Arragonis vixus, & pugione confossum impiam animam evomuit, hoc qui occiderat subrogato.
1371. Petrus Aragonum Rex Jacobum Balearium Regem sororium suum, quod ipsi obse-

A. C.

- quiū denegaret Majoricarum Ruffilio-
nis, & Ceritaniæ Principatibus exuit.
1374. Ferdinandus Portugalliae Rex mihi ingenio
Princeps, cum nimiam licentiam Eque-
strium non coërcet, Regnum in haud mi-
nimum discrimen adducit.
1377. Defluit paulatim ex Hispanijs Maurorum
multitudo, quorum multi armorum
pertæsi, multo auro comparata amicitia
nostris familiariter utuntur, nonnulli
Christi fidem amplectuntur.
1379. Vita excedit Henricus II. Castellæ & Legio-
nis Rex, Alphonsi XI. ex concubina filius
Nothus, natura tamen generosissimus,
ex quo magni deinceps Reges prodiere,
successit in Regnis Joannes filius.
1383. Ferdinandus Rex Portugalliae absque legi-
tima prole Regni hærede moritur, suc-
cedit Joannes filius nothus. B. Joanna
Monialis Castro Martyrio coronatur,
speculum triumphantis de militia Caſtit.
1384. Joannes Leg. & Cast. Rex, dum uxoris jus
in successione Portugalliae Regni armis
quærit peste repellitur, iterum conatus
cum suis à Lusitanis pessime excipitur, &
in fugam conjicitur.
1385. Mellifluus Doctor Bernardus de Lusitanis,
dum viveret benè méritus, tanto post à
morte invocatus Regem. & Regnum ser-
vat, memorabilemque de hostibus victo-
riam impetrat.
1387. Petrus Aragonum Rex, Sacrilegij dat pœ-
nas à procuratoribus Tarragon. Ecclesię,
ut nonnulli scribunt, quod ejus Patrimo-
nium

A. C.

- nium occupare tentaret, ad Divinum tri-
bunal citatus, & die indicta mortuus.
1388. Concilium Palentinum celebratur sub Petro
de Luna, vulgo de Arragonia dicti Anti-
Cardinalis.
1389. Gravi sub hoc tempus bello Joannes Ca-
stellæ Leg. Rex, appetitur à Joanne Alen-
castræ Duce, quod mox recenti connu-
bio Henrici filij Regis, cum filia Alenca-
strij consopitur.
1391. Idem Joannes Castellæ rex Compluti casu
equi oppressus extinguitur, cui Henricus
filius subrogatur.
1394. Magnus Mauror. terror occumbit F. Martin.
Barbuda Lusitanus, Magnus Alcantarenſ.
militiæ Magister, ab hostibus occisus.
1395. Fœdissimum Ecclesiæ schisma fovet Joa-
nes Arragonum Rex, Petro de Luna su-
periore anno ab Anti-Cardinalibus, loco
Clementis Antipapæ subrogato, Gallo
fiustra Joannem dehortante.
1396. Joannes Arragonū Rex impietatis dat pœ-
nas, & mulæ lapsu oppressus repente ex-
tinguitur, cuius frater Martinus corona-
tur.
1398. Illustrat Hispan. Venerabilis Vincent. Ferre-
rius, Abbas Populetan. S. Vincent. Ferrerij
carne & spiritu propinquus, & eidem
plurimum charus ac familiaris.
1400. Henricus III. Castellæ & Legionis Rex,
cognomento Valetudinarius eo quod
minus prospera plerumq; valetudine es-
set, Regnis nihilominus benè prospicit &
consultit, inter optimos Princ. celebratus.

A. C.

1402. Supremus hic annus est Gonsalvo Nunnio de Gusuran Nieblæ Comiti supremo Magistro Ordinis de Calatrava, qui à Benedicto XIII. obtinuit, ut scapulari nigro relicto Equites sola Cruce rubra uterentur.
1406. Mortalibus eximitur Henricus, Legionis & Castellæ Rex, suis immature præceptus, cui Joannes filius bimulus successit, tutelam ejus sanctè & justè cùm matrem Ferdinandum patruo administrantibus.
1409. Conciliabulum in Regno Arragoniæ sub Auspicj BENEDICTI de Luna Antipapæ celebratur. Ipso Anno Martinus Junior, Martini Aragonum Regis filius, Rex Siciliæ, multorum votis morte præcipitur.
1410. Subsequitur filium pater optimus, in Monasterio Vallis Domicillæ prope Barcinonam defunctus succedente Ferdinandō cogn Honestō Castellæ Infante, Martini Senioris ex sorore nepote.
1411. Alcantaræ Equestris Ordinis milites, Calatravenses imitati, impetrant, ut pro cuncto, sola cruce viridi deinceps uterentur.
1414. BENEDICTUS de Luna Antipapa causæ diffusus suæ, evocatus ad Concilium Constantiense, impudenter & obstinate abnuit.
1415. In pleno Patrum confessu, BENEDICTUS, ceu persuasor sedis Apostolicae, turbator pacis

- cis publicæ, & Schismatis author excommunicatur.
1416. Ad avertendos ab excommunicato Pseudopontifice Benedicto Hispanos, Sigismundus Imp. nihil non moritur. Ipso anno Ferdinandus Honestus, Aragonum & Siciliae Rex moritur.
1417. Regni habenas capessit Alphonsus cognomento Magnanimus, idem alter Salomon ob eximiam sapientiam habitus, Ferdinandi primogenitus, vix dum adolescentiae annos egressus.
1419. Sardi denuo rebelles Genuensium patrocinium querunt, occurrit mature generosissimus Rex Alphonsus & strenue rem gerit.
1420. A Joanna Neapolis Reginam, quam Ludovicus Andegavensis, & Sfortia acriter armis vexaverant evocatus exoratusq;, & prudentia valere se & armis probat, hostesque feliciter propulsat.
1421. Joanna capta dotibus juvenis Regis, & virtute, ipsum filium adoptat, & hæredem Regni renunciat.
1422. In Corsica Bonifacium obsidione claudenti denuo scribit Joanna, & contra Andegavensem concitat. Occurrit quam primum & Neapolim liberat. Vorum Sfortiae rogandi danis veniam Reginam offendit.
1423. Renunciat tam levii ex causa Alfonso Joanna, & vice versa Sfortiae favet, hic de Alfonso triumphat, isto nihilominus Neapoli potente.

A. C.

1424.

Insignia Hispaniarum luminaria Beat. mer
Martinus de Vargas , & alter Martinus
de Longono Ordinem Monachicum re
formant.

1425.

Obnoxias sibi multas Italæ Urbes fac
Alphonsus rex , graviter offendit Rom
Pontificis conatibus æmulo faventis.

1426.

Martinus Papa ab Alphonso irato , & vi
parante metuens ipsum omni modo re
conciliare conatur.

1427.

Alvarus de Luna Seianum in aula Joanni
Castellæ regis agens , omnia pro libit
molitur , & adversum Aragones Regem
concitat.

1429.

Saracenis discordia Regum animus crescit
sed horum vigilancia deprehensio cona
tibus multa millia maestantur.

1430.

Concitate Alvaro graviter collisi cum Ca
stellanis Arragones , non uno sed multis
certaminibus configunt.

1431.

Glaret mirabile conversi peccatoris exem
plar B.Petrus Marginet ex Apostata , ad
ultero & prædone pœnitentiæ speccu
lum monachus Populeti , miraculorum
gloria illustrissimus. Alvarus diu Regum
capita collidens , capite luit , à Joanne Re
ge damnatus.

1432.

Iterum congressi cum Castellanis Arrago
nes varia fortuna dimicant , Alvaro Jo
annem Regem acrius extimulante.

1433.

Joannes Nothus Rex Lusitaniae , qui primus
fretum Herculeum transgressus mira au
sus est , & feliciter confecit moritur , suc
cedente Eduardo filio.

Extin-

- C.
434. Extinguitur damnatae libidinis & inconstantiae fæmina Joanna Neapolis Regina, à cuius morte novæ de Regno contentiones Alphonso Rege nervos omnes intendente, donec prævaleret.
435. Moritur Leonora Aragonum & Siciliæ Regina, Ferdinandi Justi seu Honesti, quondam conjux, monialis Campensis à se extructi Cænobij, à religiosissima vita insigniter celebrata.
436. Acerrimè pro regno Neapolitano præliaatur Alphonsus rex, Summo Pont. Renato Lotharing. Duci favente, eumdemq; juvantibus Mediolan. & Genuensibus.
437. Infelix hic annus Alphonso & Joanni fratri, ejus Navarræ Regi cum uterque capti, à Philippo tamen Mediolani Duce paulo post dimissi sunt. Alphonso denuo Neapolim tentante & deniq; occupante.
438. Eduardus Portugalliaæ rex, Tingi & Arzilla captis gloriosus, vita defungitur, cui Alphonsus filius eo nomine quintus sufficitur.
439. Urget obsidionem Neapolis Alphonsus, cuius frater Petrus Infans iætu molaris lapidis occumbit, cuius mortem occupata postea urbe, multorum millium cæde rex Alphonsus ulciscitur.
440. Illustrat mirificè Hispanias Beatæ mem. Bartholomæus Populeti monachus & Abbas, Regius olim medicus, qui supra omnem medicorum scientiam multis prodigiòsè medetur, quin & mortuum quendam vitæ reddit.

A. C.

1442. Regno Neapolitano plenè potitur Alphonsus rex, & renatum competitorem cit. B. Ferdinandus Infans Portugall. pres præclarè gestas ab hostibus capit & indignè tractatur.
1443. Sancta morte in carcere defungitur B. Ferdinandus Princeps Joan. Port. Regis filius à Deipara & cælitibus confortatus cum multis annis Ordini de Avis utilissime & sanctissimè præfuisset.
1446. Joannes II. Castellæ & Legionis rex Iudeos omnes, Christo nomen dare renentes, bonis eorum fisco assignatis, regno jubet excedere.
1448. Alphonsus Portugalliae rex gloriofissimum diversis expeditionibus Africam tentat suumque illic Imperium mira felicitate dilatat.
1450. Cum Barcinonensi. & Goth-Alanis armis aliquoties congrexit & triumphat Joannes Navarræ rex, Alphonsi frater.
1451. Decus verè Regium Hispanias ornat B. Philippa Ferdinandi Cypri Regis soror, Monialis S. Dionysij de Odivelis, præter sanctimoniam relictis ingenij monumentis immortalis.
1453. Joannes II. Castellæ & Legionis rex, regnum cum vita deserit apud Vallem oleti febri quartana extinctus, successit Henricus IV. filius.
1456. Maximas res agit in Africa Alphonsus rex Portugalliae, quantas nemo Regum antecessorum, plurimæq; urbes & provincias occupat.

Alphon-

- C.
 1458. Alphonsus Sapiens rex Arragonum, Sicilia & Neapolis miraculum Principis mortalitatem exuit, in Castello novo Neapolitano magnificè exstructo, 4. Cal. Quintil. æt. 65. obiit eodem anno B. Bartholomæus Abbas Populeti, miraculorum gloria à Numine illustratus.
459. Non minus Bartholomæo Reges ac regnum demeretur Michaël del Gado ejus successor, romanis Pontificibus gratissimus.
460. Novum Hispanis bellum & acre, Renati filio Joanne Ferdinando, Alphonsi filio naturali Neapolim extorquere conato. moritur Henricus Infans Lusitanus, qui madetram & multas in India insulas detexit.
463. Colliduntur Castellæ & Arragonum reges, dum Barcinonenses ad Castellanum deciscunt, hoc plures insuper urbes occupante, donec exoratus Arragoni Ludovicus rex Galliæ adeat, & dissidentes componit.
467. Celebri sanctitatis opinione, illustrat Hispanias simulq; accedit exemplo, Joannes Zerdan Barcinonensis ex monacho Populetanus Episcopus, idem eruditiois laude commendatissimus.
468. Paulus II. Pont. max. singulari studio pacem promovet, Ferdinandumque Alphonfi filium, & Joannem Andegavensem, aliosq; reges conciliat.
471. Henricus I V. Legionis & Castellæ rex, nervos omnes intendit, ad maurorum everzionem, quos magnis cladibus afficit.

B. Bea-

1474. B. Beatrix à Sylva, Portalegræ Comitissa formæ miraculum, à Sæculo se abripit, obscurissimo tempore facem Hispanijs prælatura, Henricus IV. Leg. & Castellæ absque liberis moritur.
1476. Alphonsus V. Portugalliae rex, cætera invictissimus, dum Castellæ regnum præfato conjugis jure affectaret, & bello petret, magna suorum clade omnibus signis amissis solus beneficio noctis effugit.
1477. Ferdinandus Catholicus rex Arragoniæ, & Siciliæ ducta Isabella Henrici IV. Castellæ & Legionis sorore, regna tandem omnia copulat.
1478. Toletanis Archiepiscopus præsidet Petrus Gonzalez Mendoza, S.R.E. Cardin. cuius consilio Inquisitio instituitur hoc anno. Sextum Papam dum graviter exigitant Itali, Ferdinandus Catholicus ejus Patrocinium suscipit.
1479. Joannes Arragonum & Siciliæ rex Ferdinandi Catholici parens, annos quatuor supra octuaginta natus vita defungitur.
1481. Suscepit hic annus Alphonsum V. Portugalliae Regem, qui maximis clarus victorijs, Afrorum dum vixit terror extitit, cui Joannes II. filius successit.
1484. Memorabili victoria de Mauris Granatenibus triumpha Ferdinand. Cathol totusq; in illorum eversionem accenditur.
1485. Immortali merito B. Beatrix à Sylva novam sub Regula Divi Benedicti familiam, titulo

- C. tulo longè gratiosissimo Conceptionis
B. M. V. condit, suoque exemplo, novo
Ordini mire consulit.
488. Confirmationem Ord. Conceptionis Roma
imperat B. Beatrix, & navi qua bulla af-
ferebatur mersa, bulla nihilominus illæsa
in B. Virg. scrinio reperitur.
490. Moritur F. Georgius Infans Portugalliae, Jo-
annis II. regis filius, Magnus Magister
Ordinis Avisiorum, Coimbrae Dux, rebus
fortiter contra Mauros gestis gloriosus.
492. Hoc denique anno miro rerum successu,
Mauros prorsus tota Hispania ejicit Fer-
dinandus Catholicus, cum octingentis
ferè annis Hispanias occupassent, & rem
Catholicam miserè vexassent
493. Novus orbis Christophoro Columbo Duce
invenitur, cuius Patriarcha primus Buel-
lius Ascea Monserratensis designatur.
494. Regnum ac vitam deserit Ferdinandus Rex
Neapolis, Carolo VIII. Gallorum Rege
ipsi bellum movente, quod ipsi Renatus
Regnum legasset. Coronatur à Joanne
Borgia Cardin. Alphonsus Ferdinandi
filius, qui tamen paulo post Monasticen
profitetur, Ferdinando filio subrogato.
495. Joannes II. Rex Lusitaniæ, Princeps ma-
gnanimus lapsu currentis equi extingui-
tur, Emmanuele patruele Rege consalu-
tato. Carolus V III. Neapoli potitur &
Ferdinandum Regem Regno opulentis-
simò exuit.
496. Vix pedem extulerat Regno Carolus, cum
Neapolit. Ferdinandum revocant, & Regē
vene-

- venerantur, quo paulo post extinguitur ejus frater Fridericus succedit.
1497. Fridericus rex Neapolis à Carolo VI Galliarum Rege capitur, certis deinde conditionibus dimissus. Expeditionem Africam Hispani suscipiunt.
1498. Carolo V III. Galliarum regi succedit Ludovicus 12. qui statim cum Hispano pacem init, hoc regnum insigniter remanente.
1499. Emmanuel Portugalliae rex plurimas insulas antea incognitas reperit, nostroq[ue] orbi ex Novo primus varias merces importat.
1500. Buellius Patriarcha fidem Christi in India feliciter propagat, & cum suis Monachis supra 170000. idola confringit: ex illis aliqui Martyrio coronantur. Obiit Michael Infans Portugalliae, Emmanuelis regis filius, cui bimulo etiamnum tota Lusitania.
1501. Hispani Gallis juncti atque Italos, feliciter cessu in Turcas movent montis-Serra sanctissimum in Catalaunia Cænobium egregia vitae sanctitate alumnos fovet.
1502. Albigniacus Gallus & Consalvus Hispani fortissimi bello Duces acerrima contentione de regno Neapolitano suis a serendo regibus dimicant. Sanctitatem claret Franciscus de Castro, vir illustrissimus genere, Asceta montserratensis.
1503. Alphoni Albuquerqui Architalassus matris Indici, alter Alexander, mira audet, stupendas assequitur victorias.

Victo

- C.
504. Victoriam in primis memorabilem , profili-
gatis pulsisq; Gallis & Neapolitano sub-
acto regno , prodigiosa Divi Benedicti
ope assequitur Gonsalvus magnus , regis
Catholici Archistrategus .
505. Emmanuel Portugalliae rex ingentia terra-
rum spatia in Indijs occupat , quibus
summa cum potestate Almeidam præ-
ficit .
506. Calecuntanum Imperatorem insigni pror-
sus victoria triumphant Lusitani , & mul-
ta paſſim loca regi Emmanueli subju-
gat .
508. Buelij Patriarchæ Indorum primi opera
primi in America Episcopi & Pastores or-
dinantur , nostri à Barbaris vincuntur .
509. Insigniter rependit cladem acceptam , bar-
baris Franciscus Almeida , grandi strage
ijsdem illata .
510. Hispaniæ Sydus illustrissimum occubit B.
Garsias de Cisneros Congregationis Hi-
spaniæ meritissimus rector & restitutor .
magnus ille Alphonsus Albuquerquius
Goam Indianarum metropolim expugnat .
511. Hispani nuper Venetorum hostes nunc a-
mici & confæderati sunt . Albuquerquius
potentissimum Malacæ regnum subju-
gat .
512. Hispanus exercitus Pontificio junctus , ma-
gnam accipit cladem haud procul Ra-
venna à Gallis profligatus , Hispanias il-
lustrat Joannes Cianones monachus Mont-
serratensis , vir sanctus .

A. C.

1514. Albuquerquiūs cum Lusitanis, pergit in Indijs Regnum Emmanuelis in immensum adaugere. Magnis meritis in Hispanijs commendat F. Ludovicus Mendez ex Monacho Sidoniæ Episcopus.
1515. Fundat Universitatem Completensem, & illic Biblia edit multis linguis Franciscus Ximenius Archiepisc. Toletanus, & S. R.E. Cardinalis, cuius vitam Alvarus Gomesius, octo libris descripsit.
1516. Ferdinandus rex Catholicus, Hispaniarum Monarcha, rebus præclarè gestis immortalis, moritur ætatis 64. absque mascula prole succedente in Regnum Philippo Archiduce genero.
1518. Ingens sanctissimorum doctissimorumque virorum in Hispania numerus, regnum ornat & juvat, Lusitani in America magnis conatibus felices successus habent, regi suo magnos thesauros submittentes.
1519. Novum mare reperit Magellanus à se deinceps Magellan. cognominatum Philippi regis filius Carolus Imperator designatur.
1521. Felicissimus potentissimusque Portugalliae regum, Emmanuel regno Christi ac suo mirificè aucto vita defungitur, succedente Joanne filio, ejus nominis tertio.
1522. Miro successu Fonterabiam, Navarram, Pampelonam aliaque loca Galli occupant, & Hispanos premunt. S. Ignatius Patrum Societ. lectissimus Institutior apud Montem Serratum instruitur.

Illu-

- A. C.
1525. Illustria Hispaniarum sydera Christophorus
de Zamora, Maurus de Alfaro, Franci-
scus de Beiar latè exsplendescunt.
1527. Etiam sub Joanne Rege felicissimo rerum
successu, amplissima regna subjiciunt
Lusitani, & facinoribus miris se com-
mandant. Sed & Castellani hoc anno Re-
gnum Peru subigunt, Rege capto & oc-
ciso.
1530. Culiacana provincia in America Auspicijs
Caroli V. regis Hispan. reperitur, quæ
nunc regni Novæ Galliciæ pars est.
1531. Franciscus Pizatrus regiones Äquatori, &
Tropico Capricorni in America subje-
ctas sequenti sexennio felicissimo succe-
su Hispanicæ coronæ subjicit.
1535. Insigni merito Hispanias sibi obligat B. Lu-
dovicus de Strada, Complutensis Cæno-
bij Rector, Hortensis Monachus, qui San-
ctissimam PP. Societ. contra adversarios
tuetur, & Collegas Studiorum assumit.
1536. Iterum illustre Hispaniarum luminare B. Pe-
trus de Burgos Monachus & Abbas, B.
Garsiæ de Cisneros successor extingui-
tur.
1537. Nunnius Acugna Cambaiæ Metropolim
Diūm feliciter expugnat, & coronæ Hi-
spanicæ jungit,
1539. Isabella Imperatrix, & Regina Hispan. Caroli
V. Imp. conjux moritur, cuius cadaveris
contuitu Dux Borgia, mortalia asperna-
tus lefislimæ Patrum Societati dat no-
men, ac dein præesse meretur.
1540. Inter familiares Caroli olim Princeps Al-
phonsus

A. C.

- phantus de Burgos , sanctitatis nunc titulo multo illustrior inter Ascetas B. M. V. montisferrati, admirationi & Venerationi toti regno est.
1541. Æternum Hispaniarum decus S. Ignatius Loyola, romæ in Cœnobio S. Pauli , sua religionis Vota nuncupat, Summorum Ecclesiæ bono subsequam meritorum Pauli sobolem Orbi universo daturus.
1543. Carolus V. ex Hispanijs in Germaniam contendit, suis illic hostibus occursum. Clarissimum Hispaniarum sydus F. Benedictus de Toco ex regum Epiri, ultimorum Orientis Imp. sanguine monachus Montis Serrati.
1544. Carolus V. Imp. & Hisp. Rex Landersio expugnato, Galliam pervadens, nemine resistere auso Lutetiam usque progreditur.
1547. Idem Cæsar & rex à Saxone & Hasso conjuratis bello appetitus, eosdem feliciter triumphat & captivos trahit.
1548. Lusitani rem suam strenue promovent in India. Castellani similiter , sed quod nimis crudeliter extorquerent divitias supremum aliquoties discrimin adeunt, plurimis eorum trucidatis.
1550. Miraculum viri eruditii celebratur in Hispanijs Petrus Poncius ex monacho Placentinus Episcopus, qui nova quadum Physices cognitione , mutum quendam eloquentem reddidit.
1554. Moritur Emmanuel Joannes , Infans Lusitanæ, Joannis Regis filius, summæ expectatio-

A. C.

stationis Princeps, relicto ex Joanna Caroli V. Imp. filia, Sebastino qui postea avo successit.

1557. Sequitur morte filium Joannes III. Portugalliae, singulari benignitate & pietate Princeps, succedente Sebastiano nepote trienne puer.

1558. Carolus V. nuper Imperator & Rex Hispaniarum, curis sæculi & Regnorum abdicatis in Monasterio S. Justi felici somno ad æternitatem resolvitur, & transit.

1559. Philippus II. Caroli V. Patris in Regnis Hispaniarum successor cum nova & varia dogmata illis etiam Regnis se insinuant, Inquisitione facta hoc anno plurimos, etiam illustiores, ignibus exurij jussit. Invalescēte fame, multa millia prodigiosè pascit B. Lud. de Strada Abbas.

1560. Classis Hispanorum à Piali Bassa profligatur & dissipatur, cæsis captisque Christianorum 18000. triremibus 27. onerarijs 14. amissis.

1561. Rex Mauritaniæ in urbe Fessensi immisso prædicatoribus ad Christi fidem convertitur. Philippus Rex Hisp. instituit Academiam Duacenam.

1563. Clarent in Hispanijs plures viri illustres, quos inter Franciscus Levorotus, Didacus de Lerma, Michael Fornerius, Bartholomæus Garriga, Monserratenses Ascetæ opinione sanctitatis juxta eximiam eruditio nem celebrantur.

1564. Michael Lopezius Legaspe auspicijs Philippi S. noyas insulas versus Septentrionem

- reperit, easque in gratiam Regis Philippinas vocat.
1565. Galli Floridam septem navium classe adveni dumi illic secure regionem lustraturi consistunt, à superveniente Hispanorum classe internecione ferè delentur.
1567. Ulciscendæ acceptæ ab Hispanis cladis causa Gourgesius Gallus classe instruēta Floridam petitur. Mittitur in Belgium Ferdinandus Alvarus de Toloto, Dux Albae, ferventior quam expediret.
1569. Mauritani in Regno Granatæ jugum Hispanicum conati excutere à Castiliæ Commendatore & Joanne Austriaco victi sunt, Victorias mirandas precibus impe trante B. Ludovico de Strada Abbate.
1571. Bellum Naupacteum Joanne de Austria supremo Duce gestum est, quo 25000 hostium cæsa, 20000. Christianorum redempta sunt.
1572. Benedictus Arias Montanus Hispalensis ultimam hoc anno manum imponit operi SS. Bibliorum quadrilinguium.
1573. Hispanias mire illustrant B. Ludovicus de Strada Abbas debellator potentissimus hostium Ecclesiæ, idem multo nomine de Hispania meritissimus, & Benedictus de Toco, è Cœnobio ad Episcopatum extractus.
1574. Regnum Tunetanum & Guleta cæsis cum praefecto Petro Cavera omnibus præsidariis Hispanis à Sinane Bassa occupatur.
1576. Moritur Bartholomæus Caranca egregium Hispaniarum & Ordinis PP. Prædicato rum

A. C.

rum ornamentum Archiepiscopus Tole-
tanus, cui succedit Gaspar Quiroga, po-
stea S. R. E. Cardinalis.

1577. Multum deinceps negotijs facessunt Hispani
ns Angli, Gallos imitati, dum & ipsi In-
dias tentant, hoc anno prima navigatio-
ne orbem circumnavigat Franciscus Drac^o.
1578. Sebastianus Portugalliae Rex juvenis, dum
majorum virtutem æmulatus, insigni cū
exercitu Afros aggreditur, cum magna
Nobilitatis Lusitanicæ parte, à Fessæ Re-
ge oppressus trucidatur.
1579. Succedit Sebastiano absque liberis mortuo
Henricus Cardinalis Emanuelis Regis fi-
lius, cuius, an Sebastiani Regis permis-
sione, dum Alcobatiæ Monasterium Com-
mendatorio Abbatii traditur S. Bernardi
Prophetia impletur Alphonso I. prædi-
centis, tamdiu apud ejus posteros illud
regnum mansurum, quamdiu sit Alco-
bazia in sua libertate conservanda.
1580. Moritur Henricus Cardinalis Portugalliae
Rex, Brigantinis Ducibus Regij generis
Principibus & Antonino Ludovici In-
fantis filio spurio jus successionis præ-
tendentibus, Hispano superante.
1581. Antonio de Leva, ope Gallorum Anglo-
rumque pertinacius de Regno contende-
nte, pro Hispano fortiter pugnat Dux
Albanus, ipsiusque copias profligat. B.
Ludovicus de Strada cælis immigrat.
1582. Antonius de Leva pro Regno dimicans ni-
hil non audet, denuo à regis Philippi mi-
lite triumphatus, & Regno ejectus.

A. C.

1585. Altera navigatione novum orbem Franciscus Dracus iustrat, & Hispanis multa loca adimit.
1587. Alius Indiarum rivalis, cum Hispanis acriter contendit Thomas Candidus sive Candisius, & ipse Anglus Eques, qui multa loca ignota reperit, & Hispanis thesauros eripit.
1589. Multos egregia sanctitate atque eruditione in Hispanijs alit Congregatio Montis Syon. Antonius de Leva ope Elisabethæ Anglorum Reginæ denuo Lusitaniam armis tentat.
1590. Angli Gallique Hispanorum exemplo & fortuna invitati, Indiarum auro Regniisque imminent, & diversas expedient classem.
1592. Elisabetha Regina non contenta, Indias velles si posset Hispanis eripere, thesauris quoque inde afferendis dum magna classe struit insidias, magnam accipit cladem, 47. navibus mersis & captis.
1593. Iagens auri vis ex Indijs hoc anno Hispanijs infertur, Philippus II. Philippo III. filio Regnum resignat, 15. annos nato.
1594. Insigniter de Ecclesia meretur Laurentius de Zamora Asceta Religiosissimus, Tullius, Homerus, Aristoteles, à facundia eruditione & prædicationis efficacia cognominatus.
1595. Tertia expeditione Franciscus Dracus Indias tentat, & prope Calis Malis 8. Hispanorum naves expugnat, mergit & capit.
1596. Angli Hollandique cum Hispanis in freto Gadi-

A. C.

- Gaditano congressi, magna illos clade
afficiunt, clasæ insuper in tempestatibus
disjecta, & ad scopulos allisa, navibus 45.
mersis & desideratis.
1597. Anglica classis Hispanicam triginta navium
superat, 12. navibus captis multis demer-
sis. S. Martini insuper & S. Margaritæ insulis
occupatis, atq; auro ex Indijs intercepto.
1598. Philippus II. Hispaniarum Rex potentissi-
mus moritur, cum non multo ante in-
genti Catholicorum cum Gallo contro-
versias composuisset. Oliverius de Nord
Indias navigatione tentat.
1599. Viris eruditionis & perfectionis laude cla-
rissimis abundat Hispania, & præcipue
Congregationes Vallisoletana & Montis
Sion, moritur sanctitatis fama celeber
Joan de Castaniza Asceta Montis Serrati.
1600. Hispani Ostendam inter & Neoportum gra-
vi clade è Mauritiø Nassovio profligantur.
Inter illustriores Hisp. viros claret F.
Joan. de Castro Comes de Lemos mon.
S. Vincentij Salmant. Archiep. Tarentin.
1601. Insignem adversum Turcas classem instruit
Rex Hispaniæ Doria Duce, quæ tamen
re infecta domum rediit. Res Hispanicas
& Lusitanas turbat impostor quidam Se-
bastianum Regem simulans.
1602. Idem cum jam plurimos revera persuasisset
& attraxisset interceptus & ad triremes
damnatus est. Hispanis in Belgio minus
prospere res succedunt. Ostendam frustra
tentat. Graviam perdunt.
1603. Hollandi & Selandi triumpho maritimo
classem

Chronologia

102

A. C.

- classem Hispanicam superant, hujus etiā
Duce Friderico Spinola multisque alijs
interfectis.
1604. Multo utriusque Regni commodo Hispanus
Anglusque pacis foedera ineunt, tan-
to post redditia libertate commerciorum
impune instituendorum. Ipso anno ab
Hispanis ostenda capitur.
1605. Rem Hispanicam in Belgio plurimum pro-
movent Ambrosius Spinola & Comes
Busquoius. Philippus IV. naescitur.
1606. Magno cum Hispanorum damno Schlusa
per insidias tentatur Reinbergam, Grol-
lam, Lochenum Spinola occupat.
1607. Inter viros Hispaniarum illustrioris, non
minus sanctitatis opinione quam fama
celebres elucescunt, & Divi Benedicti se-
ra posteritate Bernardus de Escobar, Ju-
stus Matiencus, Laur de Zamora &c.
1608. Memorabile exemplar Religiosissimi Prin-
cipis Philippus III. Hispaniarum Rex,
Apostolico incensus Zelo, nec tam auro
inhians quam animarum commodis,
Gentilibus lucrantis insignes virorum il-
lustrium colonias Novo orbi submittit.
1609. Nascitur Ferdinandus Philippi IV. Regis
frater Germanus. postea S. R. E Cardina-
lis & Belgij Gubernator.
1610. Memoranda nunc multa & varia essent vi-
rorum illustrium eruditionis in primis
laude in Hispanijs conspicuorum sed
quia gens eadem adeo cultrix lingue
suæ & adoratiæ est, ut communem cum
alijs quibuscumque aspernetur, sit necel-
fatio.

sario, ut commercia quoque litterarum,
gentis cum gente conquiescant, unde
Europæ cæteræ, plura ex Indijs utrisque,
quam Hispaniæ innotescunt, quod ipsum
me cogit modo calatum ponere, & sua
illis relinquere, cum inde vix aliquid e-
manet, quam quod in Scholis tra-
etetur.

DEUS Benedictus.



12.096



Francofurti ad Mænum,
Typis JOANNIS GÖRLINI,
Anno M DC LXIV.

CHRONOLO.



A2660

OZIMIX

X

J664

B9189

